MASTER
NEGATIVE
NO. 92-80664-19

AUTHOR:

BARWICK, KARL

TITLE:

DE IVNIO FILARGIRIO VERGILII INTERPRETE

PLACE:

LIPSIAE

DATE:

1908

Master Negative #

92-80664-19

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

Barwick, Karl, 1883-
De Ivnio Filargirio Vergilii interprete, dissertatio...qvam scripsit...Carolvs Barwick...
Lipsiae, Tevbner, 1908.
66 p. 22½ cm.

Thesis. Jena.
Vol. of theses.

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35mm REDUCTION RATIO: 11X
IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB
DATE FILMED: 8-7-92 INITIALS L.N.
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

AIIM

Association for Information and Image Management

1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910

301/587-8202

Centimeter

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 mm

1 2 3 4 5

Inches

1.0 1.1 1.25 1.4 1.6 1.8 2.0 2.2 2.5 2.8 3.2 3.6 4.0 4.5 5.0 5.6 6.3 7.1 8.0

DE IVNIO FILARGIRIO VERGILII INTERPRETE

DISSERTATIO PHILOLOGICA

QVAM SCRIPSIT AD SVMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES
AB AMPLISSIMO PHILOSOPHORVM IENENSIVM ORDINE

RITE IMPETRANDOS

CAROLVS BARWICK
OBERNDORFIENSIS

LIPSIAE TYPIS B. G. TEVBNERI MCMVIII

Genehmigt von der philosophischen Fakultät der Universität Jena auf Antrag des Herrn Prof. Dr. Goetz.

Jena, den 24. Februar 1908.

Geh. Hofrat Prof. Dr. Winkelmann,
d. Z. Dekan.

Junii Filargirii scholia quaedam ad Vergilii Bucolica et Georgica pertinentia primus edidit Fulvius Ursinus Romae a. 1587 (cf. Thilo Mus. rhen. XV 119), quorum quae ad Bucolica spectant, sumpsit ille ex Vergilii quodam exemplari, cuius marginibus ab Angelo Politiano ex cod. Laur. plut. 45, 15 adscripta erant. Continentur autem illo codice Filargirii in Bucolica explanationes duae, quarum una est amplior, altera brevior; eaedem sunt in cod. Paris. 7960 et Paris. 11308.[1]) Quibus codicibus usus primum Hagenus edidit in-

1) Hi codices (cod. Paris. 11308 = P, cod. Paris. 7960 = N, cod. Laur. plut. 45, 14 = L) qua ratione inter se cohaereant, paucis attingere mihi liceat, cum Hagenum de ea re non satis recte iudicasse videam. Sescenties L et N eandem lectionem habentes discrepant a P atque ita, ut saepius P emendatiorem scripturam exhibeat; e. c. propono: p. 14, 19 e. I *vocant* om. LN; p. 17, 7 e. I *agristi totis* P, *agristotis* LN; p. 18, 8 e. I *litore* LN, *terra* P; p. 21, 9 e. I *bene se quoque* LN, *bene quos* ÷ P; p. 40, 24 s. e. I *unde et dirivatum est nymphas deas aquarum* P, *nympas deas aquarum* om. Hag. cum LN, haud recte, quoniam sunt illa etiam apud Isid. orig. VIII 11, 96, 97, unde hoc totum scholium exscriptum esse vidi. — Rectam (vel rectiorem) scripturam habet P etiam his locis: ecl. I 46 e. I *tuas* LN, *tua* P (de hoc scholio infra); ecl. IV 50 e. I *cum gaudio* LN, *gaudio* P (sic et schol. Bern.); ecl. VI 15 e. II *Libero patrius* P (cf. e. I; de hoc loco infra). — Praeterea observavi persaepe glossas, quas iro-celticas esse homines docti intellexerunt, omissas esse in LN, etiam nunc exstare in P, e. g. cf. ad e. I p. 23, 21; 35, 12; 35, 14; 35, 15; 37, 1; 38, 7; 42, 3; 42, 10; 47, 15 etc. Ne quis tamen dicat eas glossas in P potius additas quam in LN omissas esse, moneo sexcenties tales etiam tribus in cod. servatas esse atque ita, ut interdum in LN pro glossa cod. P alia sit certiorem latinae vocis speciem praebens, e. c. cf. ad e. I p. 21, 16 *iamailchetri* P, *i. amicleis* LN. — Tantus igitur est inter L et N consensus ut paene dubitari possit, utrum alter ex altero an uterque ex eodem codice descriptus sit. Hoc tamen ut potius statuendum sit, non desunt discrepantiae ex quibus quid rei sit videmus, e. c. cf. ad e. I p. 15, 6; e. II 16, 15; e. I 17, 1; e. II 19, 4; e. I 19, 21; e. I 20, 8; e. I 22, 24; e. I 23, 26; e. II 24, 26; e. I 25, 3; e. I 27, 1; e. I 27, 7 etc. — Codex unde L et N descripti sunt ut certe non fluxit ex P, ita num ex eodem codice quo P fluxerit in dubio relinquo. — Quae de codicibus

tegras explanationes (Serv. III 2). At quae edita erant Filargiriana ad ge. pertinentia a Fulvio Ursino, sunt illa additamenta in codice Vaticano 3317 Servianis adiecta vel inserta. Haec tamen falso ab Ursino vindicata esse Filargirio luculenter ostendit Thilo[1] (Serv. III 1 praef. XI sqq.).

Restant igitur una scholia quae dicuntur Bernensia, ex quibus Filargiriana, quae quidem ad ge. spectant, petamus[2]. De iis enim ita res se habet: sunt, ut docent verba calci bucolicorum adiecta, *Haec omnia de commentariis Romanorum congregavi, idest Titi Galli, et Gaudentii et maxime Junilii Flagrii Mediolanensis* — quamquam haec idoneis de causis Mommsenus (Mus. rhen. XVI 446) ante georgicon argumenti initium protrudi vult — ex trium grammaticorum

exposui si recta sunt, apparet ubicumque unam lectionem exhibeant LP vel NP eam semper fere esse praeferendam. Quod tamen Hagenus raro curavit; e. c. p. 74, 15, e. I unius cod. N *pelle* recepit, itemque p. 78, 8 e. II *lucanus*; similiter p. 130, 23 e. I unius cod. L scripturam probavit *inscani*; at *scani* cod. PN in textum recipiendum fuisse vel ex e. II cognosci poterat, ubi eadem est lectio; illud *in* nimirum ex sequentibus *in finibus* inrepsit.

1) Idem olim iam de Filargirio Vaticani additamentorum auctore iustas movit dubitationes (Mus. rhen. XV 135 sqq.). Ceterum apertum est omnia quae ante Thilonis illam egregiam disputationem viri docti scripserunt de Filargirii aetate vel eruditione (Wagner, Comm. de Iun. Philargyro Dresdae 1846; Hageni praef.; Perušek, de scholiorum Bern. origine et auctoribus, argumento et indole, Sarajevo 1881) utpote praecipue Vaticani scholiis nisi, irrita facta esse. Neque postea quisquam de ea re quod sciam disputavit.

2) Ea possunt ad ge. I II suppleri augerique brevi expositione — et ipsa ab Hageno una cum explanatione edita. — Scholia B. primum edidit C. G. Mueller quattuor annorum 1847, 1852, 1853, 1854 programmatis Rudolphopolitanis et de integro Hagenus ann. philoll. suppl. IV; apud eundem vide de codicibus (cap. III). Codicis Leidensis F 79, quem ad scholia recensenda non adhibuit Hagenus, specimen (ge. I) propositum est a Suringaro in hist. crit. scholl. latt. II p. 272—349. Ubi ut nulla fere inveniuntur, quae non sint in cod. B. 172, ita huius cod. copiae valde sunt mutilatae, in breve contractae, persaepe prorsus omissae. Veluti ne frustula quidem Iunilianorum extant in Leidensi ad ge. I 1; 26; 31; 38; 54; 96 (semel); 119; 125; 132; 182; 261; 286; 293; 437 (scholion ad *Glauco* adscriptum). — Memorabile est etiam in cod. Leid. grammaticorum nomina scholiis cod. B. 172 adiecta saepe deesse. Velut Iunilii nomen omissum est his locis ge. I arg. (bis); 5; 10; 18; 27; 42 (?); 78; 157; 163; 265; 266; 270; 297; 303; 313; 345; 380. — Uno tantum loco (ge. I 448) — non item ge. I 33, ut Hageno visum est — Iunilii nomen deest in cod. B. 172, cum exstet in cod. Leidensi. — Ad buc. habes nonnulla ex Leid. excerpta apud Hagenum p. 999 sqq.

commentariis compilata. Quorum Junilium Flagrium non diversum esse a Junio Filargirio iam dudum intellexerunt viri docti nulloque modo propter magnum qui intercedit inter explanationes et scholia Bern. consensum dubitari potest. Atqui congregator cum non in universum solum quibus ex fontibus hausisset, indicaret, sed etiam singulis interdum scholiis, quo ex commentario petita essent adnotaret — per *Junilius dicit, Gaudentius dicit, Gallus dicit* — consentaneum est rationibus scholiorum nominatim vindicatorum perspectis etiam de reliquis iudicium ferri posse. Ita nobis iam inquirere propositum est quae fere ex scholiis Bern. ad ge. pertinentibus Filagirio sint vindicanda. Qua de re sane facile est iudicatu, si vera sunt, quae Mommsenus (l. s. s. p. 447 sqq.) exposuit — totum qui huc spectat locum exscribo —: der sogenannte Gaudentius ist kein anderer als der Servius unserer Vulgathandschriften, wie einem jeden, der sich die Mühe nimmt, die unter Gaudentius Namen angeführten Georgikenscholien mit den servianischen zu vergleichen, mit völliger Gewissheit sich ergibt: es sind völlig und meist wörtlich dieselben Scholien, nur verkürzt und verdorben, seltener amplifiziert. Die wenigen Stellen, wo unter dem Namen des Junilius angeführt wird, was bei Servius steht, oder umgekehrt dem Gaudentius beigelegt wird, was dem Servius der Vulgatandschriften fremd ist, sind ohne Zweifel auf Versehen des Epitomators oder des Abschreibers zurückzuführen. — Der dritte Commentator Titus Gallus wird nur an wenigen Stellen (I 2 3 8 13 25 28 31 40 54 81 149) und eigentlich nur in dem Abschnitt 1, 1—54 angeführt; denn das Scholion zu 1, 81 scheint aus dem zu 1, 1 entlehnt und das zu 1, 149 kann leicht von 1, 8 herübergenommen sein. Unter diesen dem Gallus beigelegten Scholien kehren mehrere bei dem Servius der Vulgathandschriften genau ebenso wieder (1, 3 25 28 31 40 54 81), während die anderen zwar auch mit dem Servius Verwandtschaft und teilweise Übereinstimmung zeigen, aber doch auch eigentümliches enthalten...... Man wird daher unter diesem Titus Gallus sich wahrscheinlich eine jener vollständigeren Rezensionen des serv. Commentars vorzustellen haben, wie sie z. B. für die Aeneis die Fuldaer Handschrift und für die Georgiken der Lemovicensis enthält; und dann lässt sich auch leicht denken, weshalb der Epitomator diesen Commentar bald bei Seite legte — er mochte in den späteren Abschnitten wenig mehr enthalten als er in dem Vulgatservius fand. Wie derselbe dazu gekommen ist, diese Rezensionen des serv. Commentars einem Gaudentius und einem Gallus beizulegen, lässt sich nicht weiter sagen, ist aber auch ziemlich gleichgültig.

Sed longe aliter ac Mommsenus[1]) iudicavit Hagenus. Conatur enim demonstrare (praef. p. 698 sqq.) Servium sua ex Gallo sumpsisse et Gaudentio argumentis usus futilibus ne dicam ineptis, ut nemo, quod sciam, eius sententiam amplecteretur: derisit Hageni argumentationem Thomas (essai sur Servius Paris. 1879 p. 288 sqq.), quamquam quae is ipse de scholl. Bern. (p. 291 sqq.) profert Mommseni sententiae nulla ratione habita non magis possum probare. Nolim tamen cum ipse fateatur se proponere 'deux hypothèses.. qui ont.. une égale vraisemblance' eas refutando chartas consumere.

Item Hageno Servium sua ex Galli Gaudentiique commentariis petiisse affirmanti — nam in ceteris Hageni plerumque vestigia premit, quocum e. c. schol. ge. I 24 Junilio adiudicat — obloquitur R. Perušek (l. s. s. p. 10 sqq.) atque Gallum et Gaudentium maximam partem ex Servio sua petivisse vult. Etenim Mommseni sententiam abicit, quia 'nulla Mommsenus protulit exempla, quibus probaret, Galli quaedam scholia cum pleniore Servii recensione, quam cod. Lemov. et Fuldens. exhibent, congruere', — sed talia qualia Perušeko visa sunt, equidem si Mommsenum recte intellego, ille nusquam contendit — et 'quod scholia Gaudentii nomine occurrunt, quae in Servio frustra quaeres' —: id ne Mommsenum quidem fugit; demonstrandum erat, quae Gaudentii nomine feruntur aliena a Servianis, ea immerito illi a Mommseno abiudicata esse. Quod cum ita sit, Mommseni sententiam de integro in examen vocandam fusiusque exponendam esse video.

Atqui ad Gallum quod attinet, nihil habeo quod illius doctissimi

1) Ab eo tamen quod attinet ad Filargirium non abhorret — id quod est mirum: nam Filargirio Serviana, quae eius nomine feruntur si abiudicari vult Hagenus, cur non de scholiis quae Gaudentii nomine feruntur a Servianis alienis simile quid audet statuere? — dicens (praef. p. 706): si Serviana in scholiis sub Iunilii nomine ferri videas, fere ubique, Gaudentii nomen reponendum aio. Sed scholion ad ge. I 437 *Glaucus, Anthedonis filius . . . effectus est deus* ea ratione satis temere Gaudentio assignandum dicit. Primum enim nemo credit Hageno affirmanti 'duo scholia de Glauco prolata non posse . . uni eidemque Iunilio tribui' tum omnino non est verum Iunilianum scholium 'cum Serviano . . re satis congruere'; Iunilius enim cum unus enarrat Glaucum Anthedonis filium fuisse — id quod et alibi traditum esse ex Leuschkii dissertatione (de metamorphoseon in scholiis Verg. fabulis Marpurgi 1885) p. 41 didici — tum prorsus aliter ac Servius quomodo Glaucus deus maris sit factus exponit. Contra idem Hag. scholion Iunilii ad ge. I 42 adscriptum adeo non vidit e Servio esse petitum, ut eo nisus statueret etiam vs. 24 scholion — quod et ipsum e Servio male excerptum esse facile intellegitur — Iunilio tribuendum esse (praef. p. 708).

viri disputationi addam. Neque quae de Galli commentario dicit a verisimilitate abhorrere videntur, cum ita optime cur eum congregator mox seposuerit in georgicis, explicetur. Nam qualiscumque Galli commentarius fuit, illud tenendum esse duco in ge. eum mox sepositum, in buc. omnino non adhibitum esse. Leguntur enim Junilii et Gaudentii nomina — etsi hic crebrius, illic rarius — tota per buc. et ge. neque habemus cur compilatorem, siquidem Galli commentarium et ipsum per tota buc. et ge. in usum vocavit, eius tantum in prima I ge. l. parte mentionem fecisse vel fac fecisse in reliquis scholiorum partibus, eius mentionis vestigia nusquam remansisse statuamus. Ergo etiam suo iure Momms. illa *Haec omnia* etc., quae sane est lenis mutatio, ad ge. argumenti initium protrusit[1]).

At de Gaudentio Junilioque pluribus disputabimus et primum quidem de Gaudentio. Cui quae scholia nominatim assignantur facile dividuntur in genera tria: alia et Servianis aut ad verbum sunt expressa aut misere excerpta; alia commixta e Servianis alienisque; alia prorsus abhorrent a Servianis. Primi generis loci sunt hi: ge. I 245 (= Serv. 246); 252; 277; 284; 314; 324; 337 (= S. 335); 350; II 160; 542; III 4; 105; 113; 339; 349; 380; 392 (= S. 391); 461; 474 . . . *cum pecoribus erant quondam morbo discripsit pestilentiam* codd.; legas Serv. cl.: *474 . . cum pecoribus erant** 478 Quondam morbo] describit pestilentiam* etc.; — 475; 497; 526 (cf. Hageni adn.); IV 6 noli *non* cum Hageno supplere; nam *tenuis* illud quod deest apud Servium lemmatis olim plenioris: *In tenui labor at tenuis n. g.* fuisse videtur; — 10; 14; 51 pro *hoc sentit et Junilius dicit*, quod scholio ad h. vs. subscriptum est, legas cum Mommseno *Gaudentius et Junilius dicit* (Hagen et Perušek scribi iubent *Suetonius et Gaudentius dicit*); nam est scholium procul dubio e Servio petitum. Similiter ge. III 4 eadem Serviana Gaudentio et Junilio vindicantur; — 89 *deterior deterior meliore quia pecora mala deteriora dicuntur* codd.: lege Serv. cl.: *Deterior [deterior] qui v⟨isus⟩] peior a malo, deterior a meliore dicitur. Deterior* ut ex dittographia ortum seclusi, *meliore* in suam promovi sedem, *quia* frustulum lemmatis esse statui; — 100; 104; 111; 117; 122; 278; 289; 330 Gaudentianum scholium nil a Servianis alieni exhibet modo, ut debemus, Junilii nomen suo loco esse motum putemus scribamusque sic: . . . *non propie dixit 'interfice*

1) Compilatorem suspicor ut initio ge. ex tribus ita buc. ex duobus scilicet Iunilii et Gaudentii commentariis se hausisse significasse inscriptione; quae haud scio an servata esset nisi primarius scholl. Bernn. codex (Bern. 172) inde a buc. I 1—49 periisset.

messes', quasi messi⟨bu⟩s anima sit hominum. Junilius dicit vel etc.; — 520 *Ciconum. Cicones autem Thraces mulieres idest matres nuptiales quae* ... codd.; lege Servio ad. v. 519 conlato: *Ciconum] Cicones autem Thraces mulieres ⟨sunt,⟩ [idest matres nuptiales] quae* .... Sub illis quae circumscripsi uncis quadratis latent Serviana: *Matres] nuptiali s⟨cilicet⟩.* Quae ex Gaudentiano scholio apud Servium desunt: *et propter . . . laniaverunt* aut inepte addita aut, id quod mihi est veri similius, scholii alius sunt reliquiae huc falso intrusae; — 565.

Alterius generis loci sunt hi: ge. I 2; 222; III 518 verba quae Gaudentianis (= Servianis) sunt praemissa *constat quia armenta,* omni carent sensu et plenioris scholii frustulum esse videntur; Hageni certe huius loci sanatio nulla est; — IV 131; 283.

Tertii generis loci sunt hi: ge. I 5; 8; 275; 378; III 338; IV 493. Quorum scholiorum certe est illud ge. I 5 adscriptum Gaudentio abiudicandum. Si enim tenorem Juniliani scholii Gaudentiano antecedentis perspexeris, facile intelleges quae Gaudentio tribuantur et ipsa esse Junilii, ut *Junilius dicit* illud, id quod supra iam observavimus, sedem suam reliquisse consentaneum sit. Sed quid de illo *Gaudentius dicit?* spectat id nimirum — saepius enim occurrit, ut scholiastae nomen scholiis non sit suffixum sed praefixum; e. c. ut omittam alios locos, ubi res est non ita certa, cf. ad buc. I 55; ge. III 113; 275. — ad sequentia *(Liber . . . ab alendo),* quae sunt Serviana ad vs. 5, 6, 7: Bernensia *Liber e. a. C.] . . . invocavit* = Serv. v. 5; Bernensia *quorum cursu . . . solem annus* = Serv. v. 6 — lemma omissum est in scholl. Bernn. —; Bernensia *vestro . . . ab alendo* = Serv. v. 7 — Serviana *Alma Ceres] . . . dicta* in scholl. Bernn. misere discerpta sunt, ut prior pars *Vestro] (!) creando* prorsus inepta videatur. — Simile quid atque hoc loco est statuendum ge. I 378; ubi Junilianum scholium ut a *Ranas namque* incipiens aut truncatum esse aut aliqua ratione antecedenti cohaerere apertum est. Iam inspicias quae leguntur in brevi expositione *Alii dicunt, ranas per abundantiam aquae extra paludes pelli et serpentibus cibo esse aut alioquin interire. Inde igitur ⟨ad⟩ tempestatis adventum eas querelas excipere.* Ex his igitur, quae quidem Bernensibus saniora sunt et unum produnt auctorem, certissime apparet *Gaudentius dicit* illud post *et reliqua* removendum esse. Sunt autem *et Ovidius ait . . et reliqua* decurtata Serviana vs. 378, quae etiamnum pleniora exstant in brevi expositione et casu etiam codice Leidensi. Ergo sunt hic quoque Gaudentiana eadem quae Serviana. Nam illa quae praecedunt Servianis Gaudentii esse mihi persuadere

non possum propter totum scholii tenorem qualem videmus in brevi exp. Etenim ibi quae sunt *Multi ambigunt, quae sit ranarum vetus querela. Modestus ait* . . . etc. aperte ad eundem redeunt, quo illa *Alii dicunt ranas* etc., ut compilator Juniliano scholio frustum Gaudentiani inseruisse putandus sit. — Item scholion Gaudentianum ad ge. I 8 num re vera Gaudentii sit valde dubito. Quod scholion adscribendum fuit v. 14, quem locum etiamnum occupat in cod. Leidensi, sed omisso Gaudentii nomine. Fortasse olim illud *Gaudentius dicit* scholio v. 8 *Arista] pro frumento, speciem pro genere posuit* subiunctum fuit — hoc enim scholion ex duobus Servianis (et male quidem) conflatum est, scilicet ex *aristam modo pro frumento posuit.* = S. p. 131, 23 et *modo speciem pro genere posuit.* = S. p. 131, 17 vel lin. 22 *aut species est pro genere* (Hagenus credere non debuit aristam speciem frumenti esse) —; cumque illa Aristaei fabula huc falso inrepsisset, toti loco *Gaudentius dicit* illud est inditum. Sed nolim huic rei tamquam non certissimae nimium tribuas. Si igitur tantum ge. I 5, 378 summo iure contendimus Gaudentii nomine Serviana proponi, restant loci 4 tertii, 38 primi, 5 alterius generis.

Pariter atque Gaudentiana dividi possunt etiam Juniliana in classes tres: longe plurima sunt a Servianis aliena, nonnulla tamen cum Servianis contaminata, nonnulla prorsus consentiunt cum Servianis. Primae classis loci sunt hi: ge. I praef. (semel); 5; 7; 10; 13 (bis); 18; 26; 27; 28; 31; 32; 38; 39; 45; 54; 58; 59 ter; 78; 93; 96 (semel); 125; 126; 132; 133; 134; 138; 143; 149; 157; 163; 174; 175; 182; 208; 212; 218; 221; 229; 235; 237; 238; 261; 262; 265; 266; 275; 276; 279; 286; 287; 293; 295; 297; 302; 303; 313; 332; 335; 345; 378; 380; 383; 384; 395; 396 (bis); 397; 437 (ter); 448; ge. II 143; 158; 160; 197; 325; 467; 487; 542; ge. III 5; 6; 105; 113; 255; 264; 275; 280; 291; 338; 349; 351; 380; 382; 391; 392; 398; 408; 425; 461; 474; 475; 497; 513; 518; 526; 532 ge. IV 6; 10; 15; 89 (bis); 100; 104; 111; 117; 122; 278; 283; 289; 330; 355; 380; 412; 520; 565.

Alterius classis loci sunt hi: ge. I 96 *propter aristarum maturitatem* duriuscule dicta petita sunt ex Servianis: *'flava' dicitur propter aristarum colorem in maturitate* —; 119 verba *insatiabili vel nulli probabilis et inseres et agrestes dicit* (sic codd.) sunt corrupta ex Servianis his: *insatiabilis, nulli probandus. Et dicit anseres agrestes* —; 222, 240, 270 de his tribus locis postea —; 341 in hoc scholio depravato Servii sunt *asperitate carentia* —; ge. II 127 huius scholii Serviana (v. 126) sunt haec: *Apud Medos quaedam*

arbor est [.....] *habens mala, quae 'Medica' vocantur;* cf. etiam Serv. ad v. 127 —; ge. III 2 *Amphrysus fluvius Thessaliae ut Junilius dicit vel mons, ubi Apollo per poena colitur et iuxta quem spoliatus* (sic codd.). Quorum *Amphrysus, fluvius Thessaliae* [...] *iuxta quem spoliatus* ex Servio sunt desumpta —; 68 *inexorabilitas* Servii est —; ge. IV 131.

Tertiae classis loci sunt hi: ge. I praef. (semel); 1; 42; ge. III 4; 347; ge. IV 51.

Habemus igitur locos primae classis 128, alterius 10, tertiae 6. Iam facile intellegitur quo iure Serviana Junilio eodem fere a Servianis aliena Gaudentio abiudicari. Quod etsi per se probabiliter statuitur, tamen pluribus in animo est ostendere scholia Bernensia esse lacera, mutila depravataque quam maxime possunt, ita ut minime sit mirum hic illic nos videre sub Gaudentii Juniliive nomine spuria. — Atque praecipue monendum esse aio persaepe fieri, ut scholium unum in duas (vel plures) partes distractum inveniamus — et haec inter discerpta scholia interdum alia sunt interposita. — Quod nimirum maxime et facillime in scholiis e Servio derivatis, cum Servianus commentarius integer nobis sit praesto, observare possumus. Nonnulla exempla proponere lubet.

ge. I 315 S(ervius): *frumenta lactantia] adhuc tenuia et lactis plena. sane Varro in libris divinarum dicit, deum esse Lactantem, qui se infundit segitibus et eas facit lactescere. et sciendum inter lactantem et lactentem hoc interesse, quod lactans est quae lac praebet, lactens cui praebetur.*	(scholia) B(ernensia): *Lactantia]* (sic C) *adhuc tenuia et lactis plena. Varro in libro divinarum dicit, deum esse 'Lactantem', qui se infundit segitibus et eas facit lactescere.* *Lactentia] 'Lactans' qui lacte praebet, 'lactens' cui praebetur.*
ge. II 214 S.: *Tophus scaber] lapis asperrimus: unde et scabies dicitur ab asperitate.*	B.: *Et tophus] lapis asperrimus ... Scaber] unde et 'scabies' ab asperitate dicitur.*
ge. II 459 S.: *Procul d. a.] longe a civitatibus, plenis iurgio et rapinis.*	B.: *Procul] idest longe a civitatibus.* (*Civilibus bellis* H.) *Discordibus armis] plenis iurgio aut rapinis.*
ge. II 466 S.: *Nec casia l. c. v. o.] casia herba est, de qua fit unquentum. mire autem ait 'usus olivi corrumpitur'; nam oleum generalem usum habet:* etc.	B.: *Casia] herba, de qua fit unquentum.* *Usus olivi] nam oleum generalem usum habet.*

ge. II 498 S.: *Non res Romanae p. r.] regna scilicet barbarorum; nam duo dicit: rusticum nec imperium Romanum movet, idest ad ambitum cogit, nec* etc.	B.: *Non res Romanae et rel.]* *nam* (*nunc* H.) *duo dicit: rusticum nec Romanum imperium movet, idest ad ambitum cogit* Regna] vel regna barbarorum.*
ge. III 20 S.: *Crudo caestu] duro, ut seu crudo fidit pugnam committere caestu.*	B.: *Crudo] duro .. Caestu] ut seu crudo fidit* ⟨*pugnam*⟩ *committere caestu.*
ge. III 135 S.: *Nimio ne luxu] nimio pingui. et bene rem turpem aperte a Lucretio tractatam vitavit translationibus, quas omnes ab agricultura traxit, ut 'luxu' propter luxuriam segetum.*	B.: *Nimio] pingui.* *Luxu] idest a luxuria segetum. Nimio ne luxu et rel.] turpem rem vitavit [a] translationibus, quas omnes ab agricultura traxit.*
ge. III 136 S.: *Genitali arvo] pro muliebri folliculo, quem vulvam vocant,* etc.	B.: *Genitali arvo] muliebri. Arvo] folliculo, quem vulvam vocant.*

Quae discerpto Bernensi scholio inserta sunt *Oblimet ... limo* = S. v. 136 *Sulcos ... limo.*

ge. III 256 S.: *Prosubigit] fodit et pedibus inpellit alternis, quod pugnaturi sues facere* etc.	B.: *Prosubigit] fodit impellit. Fricat arbore costas] alternis pugnaturi sues.*
ge. III 293 S.: *Molli clivo] idest facili itinere.*	B.: *Molli] facili. Clivo] itinere.*

Quae praeterea secuntur in B. *ordo est ... devertitur* e Servio ad ge. III 292 desumpta sunt.

ge. IV 50 S.: *Vocisque offensa r. i.] resonat echo repercussa: quam apes vehementer horrere manifestum* est.	B.: *Offensa resultat] resonat echo* ⟨*re*⟩ *percussa ..... quam apes vehementer horrere manifestum* est.

Praeterea imprimis cf. ge. I 213/14 = S. 213; ge. III 164; 210; 354; 406; 448; 452/53 = S. 452; 460 = S. 459; 479; 559; 560; ge. IV 54; 220/21 = S. 220; 256; 400; 455 = S. 454.

Sed Serviana non una esse ea ratione direpta consentaneum est, quamquam in reliquis scholiis id ad observandum difficile esse iam

monui. Nonnulla tamen repperisse mihi videor, quae procul dubio huc spectant. Sunt autem loci hi: ge. I 39. *Nec repetita sequi et rel.] nec accepta facultate eam voluit sequi. Junilius dicit.* Hoc scholion ut a *nec* initium capiens truncatum esse quivis suspicatur; et Junilii ad v. 38 scholio perlustrato facile vides scholion ad v. 39 cum illo coniungendum esse: in brevi expositione adhuc coniuncta leguntur scholia. — ge. II 139 *Pinquis] bona ubi tus habundanter nascitur.* Haec sic certe nullo modo possunt ferri (bona tus!); et facile suspicaris post *bona* interpungendum et *ubi tus habundanter nascitur* proprii scholii esse reliquias: quas post *Panchaia] Arabia.* reiciendas esse rursus ostenditur brevi expos. exhibente *Panchaia] Arabia, ubi tus abundanter nascitur.* — ge. II 487. *Lacaenis] vel Laconicae, et figura est, ut Junilius dicit.* Quae intellegenda sit haec figura nemo intellegit. Ergo *et figura est* ad lemma *Lacaenis* pertinere non potest: quo sint illa referenda, hic quoque brevis expos. edocet praebens: *Bacchata] figura elegans, hoc est, in quibus virgines bacchatae sunt.* — Huc etiam pertinere videtur illud scholion ad explicandum satis difficile ad ge. II 238: *Salsa autem] cum* (*non* Hag.) *eadem salsa et amara, sed magis alia salsa et alia amara; neque enim saporem utraque* (*eadem saporem utrumque* Hag.) *retinet.* Hageni huius loci emendationem si accipimus, *retinet* idem fere valere quod *habet* et scholion admodum esse ineptum existumandum est. Iam inspicias adnotationem ad v. 246 *Et ora tristia et rel.] in superioribus bene divisit terrarum speciem, separatim salsam, separatim amaram; hic de sola loquitur amara.* Hoc ad scholion adnotat Georgii, die antike Vergilkritik in den Bukolika und Georgika, p. 283: Wenn Vergil v. 238 salsa und amara deutlich unterscheidet, vgl. scholia Bernensia dort, so konnte es auffallen, dass er hier nur von „amaror“ spricht. Et me quoque iudice de his versibus mota est quaestio; quae tamen qui solvitur? cur in superioribus bene divisa est terrarum species, cur bene hic unius sermo est factus amarae? Sunt ni fallor quae desideramus illa v. 238 adscripta: Nam aperte *bene divisit terrarum speciem* quia ⟨*non*⟩ *eadem salsa et amara, sed magis alia salsa et alia amara* et bene *hic de sola loquitur amara: neque enim saporem utraque retinet.* Sic obscura haec *neque . . . retinet,* quid sibi velint extricare licet. Scholiasta enim dicere vult in antecedentibus (238) utriusque terrarum speciei, amarae et salsae, mentionem facere debuisse poetam, nimirum quod diversae sint inter se quod ad qualitatem attinet; verumtamen postea (247) licuisse ei de alterautra loqui e. g. amara, cum rationes — expositae v. 241—247 — quem quaeque saporem habeat examinandi eaedem

sint: neutram enim colatam saporem suum retinere. Legas igitur scholia ad v. 238 et 246 conexa sic: 246 *et ora tristia et rel.] in superioribus bene divisit terrarum speciem, separatim salsam, separatim amaram, cum* ⟨*non*⟩ *eadem* ⟨*sit*⟩ *salsa et amara, sed magis alia salsa et alia amara: hic de sola loquitur amara; neque enim saporem utraque retinet.* Etiamnum leguntur scholia coniuncta in brevi exp. v. 247, etsi turbata et corrupta: pro *unum* legas *enim*; *nec . . . retinet* ponas post *amara.*

Haec proposuisse sufficiat, ex quibus cognoscas scholiorum Bernensium quam sit lacera condicio. Sed non discerpta tantum scholia tam saepe deprehenduntur: sunt omnino corrupta quam maxume. Quod ut probem rursus a scholiis e Serviano commentario deductis proficiscendum est. Horum enim sunt misere excerpta, decurtata depravataque permulta ne dicam pleraque, ut longum sit omnia quae huc spectare videantur, enumerare: tot fere elegisse sat habeo, ex quibus certissime appareat revera ea esse mutilata Serviana; nam sane dubitari possit interdum de ea re, nisi plura eiusdem generis exempla sub uno conspectu collocaris. — Priusquam ad ipsam rem aggredior Hagenum commemoro in his scholiis parum critici munere functum esse: omnino non ita multos locos temptavit et, si temptavit, falso plerumque correxit. —

ge. I 11 S.: *Ferte simul f. p.] 'pedem ferte' aut simul venite, aut date carmini meo facililatem.*	B.: *Ferte]* *et* (lege: *aut*) *venite et amate* (lege: *aut date*) *felicitatem* (= *facilitatem*) *carmini meo.*
ge. I 27 S.: *Tempestatumque potentem] . . . aut 'tempestatum' ait temporum sicut ubique Sallustius.*	B.: *Tempestatum] temporum. Potentem] ubique.*

Animadvertas Serviano frustulo *ubique* inepte lemma praefixum esse.

ge. I 50 S.: *Ac piris i. f. q. s. ae.] idest antequam faciamus vervactum* etc.	B.: *Quam scindimus] idest antequam faciamus ** (aramus* Hag.*).*
ge. I 292 S.: *Faces inspicat] incidit ad spici et aristarum imaginem.*	B.: *Inspicat] . . . incidit ad species (= spici et) aristarum ** (incidit, ad species aristarum* Hag.*).*
ge. I 305 S.: *Sed tamen e. q. g. t. s. t.] sunt aliquae derivationes ex usu magis quam ex ratione ve-*	B.: *Quernas] . . . . et derivativum a quercu, tamen usu* ⟨*magis*⟩ *quam ra-*

nientes, ut 'quernas', ut ficulnus, ilignum, colurnum a corylo, ilice, fico, quercu.	*tione ut colurnum a corylo.*

Ex his quae praeterea in scholl. Bernn. lemmati *quernas* adscripta sunt: *ex quercu colore* (*ut 'colurnus'* Hag.) illud *colore* (= *colorē*?) suspicor rudus esse Serviani ad v. 306 scholii *matura enim cruoris imitantur colorem* nescioquomodo huc perperam illatum. Similiter v. 313 sub illo *intermisit* conicio latere Servianum *intremiscit* (v. 314).

ge. I 469 S.: *Et aequora ponti] non sine causa addidit 'ponti', quia sunt et campi aequora, ut ac prius ignotum ferro quam scindimus aequor.*	B.: *Aequora ponti] quia sunt aequora et [non ponti] [idest] campi ut ac prius ignotum ferro quam scindimus aequor.*

Quae seclusi *non ponti* laciniam esse Servianorum *non .. 'ponti'* falso loco intrusam apertum est.

ge. II 52 S.: *Voces artes] fecunditates ex arte venientes.*	B.: *In quascumque] [in] fecunditates ex arte venientes. (in fecunditatem ex arte venient* (!) Hag.).
ge. II 134 S.: *Animas] δύσπνοιαν, idest pulmonis vitiosum anhelitum, quod exprimit subdens 'senibus medicantur anhelis'.*	B.: *Animas] idest pulmonis vitiosum anhelitum, qui et sub dentibus inhaeret.* (!!)
ge. II 409 S.: *Vallos p. s. t. r.] vitium sustentacula, quae nonnullis locis in tecta portantur, ne imbribus cito depereant.*	B.: *Vallos] . . . . vitium sustentacula. Sub tecta referto] ne in brevi* (= *imbribus*) *depereant. (ne imbre et nive pereant* Hag.)
ge. II 415 S.: *Incultique e. c. s.] quasi cum indignatione ait, causa vitium cura* etc.	B.: *Inculti] quasi cum indignatione ait, causa vitium*** (cura salicti* Hag.).
ge. II 427 S.: *Vires suas] quia tenera virgulta solent religari fustibus validioribus, sicut supra ait de vitibus* ⟨360⟩ *viribus eniti quarum et contemnere ventos.*	B.: *Et vires h. s.] quia tenera virgulta*** *validioribus*** *eniti.*
ge. II 463 S.: *Pulchra testudine]*	B.: 462 *Pulchra testudine p.]*

idest Indica, unde postes ornabantur vel lectuli: Lucanus etc.	*indicat postes ornatos vel lectulos.* (!)
ge. II 471 S.: *Illic saltus] venationes, quae penitus in urbibus non sunt. Lustra f.] bene 'ferarum' addidit, quoniam sunt in urbibus lustra meretricum.*	B.: *Illic saltus] idest venationes. Ac lustra f.] haec in urbibus non sunt; bene addidit 'ferarum', quia in urbibus lustra meretricum sunt.*
ge. II 475 S.: *Me vero] . . . . unde nunc dicit primam esse philosophiam, post ipsam rusticam vitam* etc.	B.: 477 *Et sidera m.] hic primam philosophiam post rusticam vitam esse dicit.*
ge. III 1 S.: *Te quoque m. P.] invocat deam pabuli, dicturus de animalibus, sicut de frumentis dicturus et vitibus Cererem invocavit et Liberum . . .* lin. 4 *nam aliud quodammodo incohaturus est carmen, pastorale scilicet, post completum georgicum....* lin. 11 *Pales autem, ut diximus, dea est pabuli: quam alii Vestam, alii matrem deum volunt. . . .*	B.: *Magna P.] invocat deam pabuli dicturus de animalibus; sicut de frumentis et vitibus Ceres et Liber, sic nunc et in carmine pastorali post georgicon dea pabuli Pales, quam alii Vestam esse, alii matrem deorum dicunt.*

Quae apud Servium secuntur *hanc . . . vocantur* habes in scholl. Bernn. supra: *Magna Pales] . . . Palilia dicuntur.*

ge. III 3 S.: *Cetera q. v. t. c. m.] hoc est fabulae, quae delectationi esse poterant et occupare mentes curis solutas, . . .*	B.: *Cetera] idest fabulae, quae delectationi esse poterant (potuer̄* cod.) *et occupare mentes curis*** gratie* (?) *(poterint et quibus occupari mentes curis vacuae* Hag.).
ge. III 5 S.: lin. 18 . . . *non qui laudatus non sit, sed qui laudari non meruerit,* . . . lin. 18 *unde 'inlaudati' participium est pro nomine, ut sit inlaudabilis,*	B.: *Inlaudati] non quod laudatus non sit, sed quod non meruit, pariticpium pro nomine posuit ut 'inlaudatus Apollo'.*

Ad Bernense scholion adnotat Hag.: 'ut inlaudatus Apollo'. Hoc nusquam apud Vergilium obvium. An scribere voluit 'vocatus' ge. IV 7, Aen. III 395; vel 'formidatus' Aen. III 275—? Sed potest et Gaudentii nomen latere, praesertim cum idem scholion apud Servium

quoque inveniatur. Georgii (l. s. s. p. 293) pro *inlaudatus* scribi vult *formidatus*, quod Hag. coniecerat. — Sed secundum ea quae iam adhuc de scholl. Bernn. condicione exposui non est dubium, quin sub *inlaudatus Apollo* lateat Servianum *inlauda-bilis*.

ge. III 17 S.: *Tyrio c. i. o.] in habitu pontificis, cuius se officium dicit in templi consecratione sumpturum.*

B.: *In o.] in habitu pontificis cuius officium in templo consecratur.* (!)

ge. III 19 S.: lin. 10 s. *Lucosque M.] idest silvam Nemeam, in qua celebratur agon in honorem Archemori. . . . . .* lin. 6 . . . *et hoc dicit: ex aliis agonibus ad me certatorum multitudo conveniet. . . . .* lin. 11 *Molorchus autem pastor fuit, qui Herculem, venientem ad occidendum Nemaeum leonem, suscepit hospitio.*

B.: *Linquens] Nemeam silvam, in qua celebratur agon; ex aliis agonibus ad me certatorum* (*certaturus* B.) *multitudo conveniet. . . . . Molorchus pastor fuit, qui Herculem venientem ad occidendum Nemeum leonem suscepit* ⟨*hospitio.*⟩

ge. III 21 S.: *Tonsae o] . . . habiturum se autem coronam tonsibilem dicit.*

B.: *Ipse c. t. et rel.] coronam tonsibilem dicit.*

ge. III 28 S.: *Undantem b] quasi non undas, sed bella portantem, propter Antonii et Cleopatrae gravissimum proelium.*

B.: *Undantem] idest bella portantem propter Antonii et Cleopatrae bellum gravissimum.*

v. 29 *Ac navali s. ae. c.] Augustus victor totius Aegypti, . . . quibus conflatis quattuor effecit columnas, quae postea a Domitiano in Capitolio sunt locatae, quas hodieque conspicimus:* etc.

*Caesar tamen totius Aegypti fuit** (Caesaris tamen tota Aegyptus fuit* Hag.). v. 29 . . . *vel quattuor columnas effecit, quae postea in ornamentum Capitolii conlatae, quas hodie conspicimus.*

ge. III 36 S.: . . . *vel Cynthium, regem Troiae, quem in Troicis suis Nero commemorat.*

B.: *vel ut alii, Cynthius] rex Troiae, et cum suis commemoratur* (!)

ge. III 37 S.: *Invidia i.] . . . dicit autem se talia scripturum vel facturum, ut magnitudine sui mereantur invidiam: ipsam tamen invidiam nihil esse nocituram timore poenarum. Amnem s.] tristem. . . .*

B.: *Invidia i.] dicit se talia scripturum opera* magnitudine[m] mereantur quia invidia nihil est nocitura timore poenarum . . . . Severum] tristem.*

ge. III 72 S.: *Idem dilectus e.] ut habeat matres optimas. In spem s. s. g.] idest quos vis admissarios fieri. notanda sane exquisita varietas; nam in bubus matres ante descripsit, in equis admissarios ante commemorat.*

B. v. 73: *Tu modo q. i. s.] ut habeat mares optimos [in spem] Tu modo et rel.] nota, quod in bobus matres ante, in equis admissarios ante commemorat.*

Quod inclusi *in spem* frustulum est, ut facile vides, Serviani lemmatis *in spem s. s. g.*

ge. III 100 S.: *Animos ae. n. p.] ante omnia aetatem et magnanimitatem requires, post cetera, idest parentes et studium.*

B.: v. 100 *Ergo a. et rel.] ante omnia [vult] aetatem et magnanimitatem equorum requirere* (lege: — *res*), *postea parentes et studium*

v. 102 *Et quis c. d. v. q. g. p.] vult probare, moveri equos vel amissione vel adquisitione victoriae; . . .*

[probare] ut sciat ⟨*e*⟩*quos adquirunt vel amittunt victoriam.*

Quae uncis quadratis seclusi *vult* et *probare* scholii est ad v. 102; sub *quos* certe latet *equos*: vides duo Serviana scholia in scholl. Bernn. pessime in unum esse conflata.

B.: ge. III 131 *Frondesque negant et fontibus arcent] [per transitum frondes negant post primum partum] contra illud* ⟨*v. 126*⟩ *florentesque secant herbas fluviosque ministrant.*

Quae extra uncos quadratos habes sunt Servianum ad v. 131 scholium; reliqua praeter *frondes negant*, quae ut quasi ex dittographia antecedentium *frondesque negant* orta abicienda sunt, miserae esse videntur reliquiae Serv. schol. ad v. 130: lin. 23 *per transitum*, lin. 26 *post primum .. partum.*

ge. III 146 S.: lin. 14 '*volitans*' *autem modo nomen est, non participium.* lin. 13 *ac si diceret, est multa musca. 'volitans'. . .*

B.: 147 *Volitans] nomen, non participium ac si diceret, est multa musca volitans.* (!)

ge. III 148 S.: *Vestrum Grai vertere v.] . . .* l. 24 οἶστρος *autem graecum est: latine asilus, vulgo tabanus vocatur. Cui n. a.] ut cui Remulo cognomen erat.*

B.: *Oestrum] graece, latinum asilus, vulgo tabanus. Cui n. a.] ut cui Remulo cognomen erat.*

Eorum, quae praeterea in scholl. Bern. v. 148 adscripta sunt *Circa haec loca pecora aestivis temporibus demorantur* et *Vertere] vocatur*, illa abicienda esse apparet ut perperam repetita (ex v. 147: *Circa haec loca [vulgo] aestivo tempore pecora demorantur; vulgo* illud quod seclusi ex sequentibus est praereptum.), haec sunt nihil aliud atque Serviana in Bern. scholio supra exscripto omissa.

ge. III 176 B: (vide appar. crit.) Cui versui quae adscripta sunt, non omnia, ut Hageno visum est, spectant ad ge. IV 335 sqq.: versus enim 176 sunt, ut Servius docet, *etiam farraginem dabis.*

ge. III 262 S.: *Nec miseri p. r. p.] hoc est amor parentum.*	B.: *Nec miseri p. r. p.] hoc est ⟨amor⟩ parentum. (preces* supplevit Hag.*).*
ge. III 295 S.: *Stabulis m.] clementioribus et aeris temperati, vel propter plagam australem, vel propter suppositas herbas animalibus.*	B.: *Stabulis i. m.] clementibus aeris temperantia, sive propter plagam australem, sive propter herbas suppositas animalibus.* (!)
ge. III 360 S.: ... *notandum sane, quia cum 'haec crusta' dicimus feminino genere, lapidis aut ligni aut gelu partem significamus, cum vero 'crustum' dicimus, edulium aliquid significamus, partem panis vel placentae:* — —	B.: *crusta] cum genere feminino dicimus lapidis aut ligni aut gelu, cum masculino panis.* (!)
ge. III 363 S.: *Aeraque d. v.] passim crepant; nam tam nimio frigore quam calore aera rumpuntur:* . . .	B.: *Vulgo] passim crepant;* nimio frigore* aera ⟨rum⟩puntur (putant* cod.*).*
ge. III 450 S.: *Idaeasque p.] liquidas, quae in Ida Phrygiae monte nascuntur.*	B.: *Idaeas] [olera ad sanitatem pertinentia] quae in monte Phrygiae Ida nascuntur.*

Quae seclusi ad v. 451 pertinere videntur.

ge. III 481 S.: *Corrupitque lacus i. p. t.] ordinem secutus est, quem et Lucretius tenuit et Sallustius, primo aerem, inde aquam, post pabula esse corrupta.*	B.: *Corrupitque lacus et rel.] ordinem [non] secutus est, quia** aqua post pabula esset corrupta.*

Sub Bernensi scholio quin Servianum lateat iam dubitari, opinor, nequit. Ergo omnia concidunt quae Georgii (l. s. s. p. 305) Bernensi praecipue scholio nisus statuit; neque ulla inter nostrum scho-

lion et ea quae sunt infra *Infecit pabula] non quasi corruptis pabulis usa pecora intellegere debemus, sed quorum morbus pabula ipsa corrupit* intercedit ratio. Sane haec verba nullo modo sunt plena; sed qua fere ratione sint supplenda, ipsa ni fallor, indicant. Auctor enim scholii eos videtur refutare, qui his versibus (480, 481) posteritatem (= ὕστερον πρότερον cf. scholl. Bern. ad ge. II 207) adnotarunt. Quod si recte coniecі, erit sic scribendum: *Infecit pabula] ⟨quidam hic posteritatem adnotant, sed non est: nam⟩ non quasi* etc. — Ge. III 482 B.: Servio conlato ponas *ab eo quod praecedit, id quod sequitur, ostendit* post *fervidus calor.* — Scholion Bern. ad v. 485 male consarcinatum est ex Servianis ad v. 484 et 485.

ge. IV 45 S.: *E levi r. c. l.] alii 'et levi' legunt, unus tamen sensus est; nam hoc dicit: quae illae nimio labore perficiunt,* . . .	B.: 44 *Exesaeque a. a.] quod nimio labore perficiunt.*
ge. IV 73 S.: *Trepidae c.] festinant inter se in alvearibus.*	B.: *Trepidae] festinant[es] inter se in alvearibus. [festinantes. Inter se] in alvearibus* Hag.).
ge. IV 81 S.: *Tantum glandis] erit nominativus 'haec glans'.*	B.: *Glandis] nominativus hic est.* (!)
ge. IV 115 S.: *Inriget imbres] idest aquas: Iuvenalis* ⟨III 227⟩ *in tenues plantas facili diffunditur haustu.*	B.: *Imbres] aquas. Inriget] in iuvenilis** (lege: *Iuvenalis in*) *plantas.*
ge. IV 127 S.: *Vidisse senem] ordo est 'memini vidisse'. dicimus autem et 'memini videre': Terentius memini videre, quo* . . .	B.: *Memini me vidisse] dicimus autem 'memini me videre' auctoritate Terentii et relicorum grammaticorum.*

Verissime Hag. (praef. p. 726) hic de poeta, non grammatico Terentio (ut Ribbeckius censuit) cogitandum esse vidit. Verumtamen Bern. scholion non divinavit ex Serviano fluxisse. Neque epitomator ipse videtur Servianam adnotationem tam inepte in aliam detorsisse, quia miseram totam horum scholiorum condicionem — ut per se est probabile — non ad illum redire infra videbimus.

ge. IV 161 S.: *Prima favis p. f.] idest propolin collocant, duriorem ceram, quae ferro vix potest frangi: quam colligunt de gummi arborum lapidibus rasis,* . . .	B.: *Ponunt] idest locant, idest duriorem ceram, quae ferro vix potest frangi, quam de summis arborum ramis colligunt.* (!)

S.	B.
ge. IV 178 S.: *Grandaevis o. c.] sicut senes muros tuentur nec in bella prorumpunt.*	B.: *Grandaevis o. c.] . . . sicut: senes muros tue[a]ntur et non in bella prorumpunt* (Bernensis scholii verba Hag. (praef. p. 722) poetae nescio cui vindicanda existumat).
ge. IV 428 S.: *Siquando s. a.] idest alvearia. Et proprie augustum est tectum augurio consecratum, abusive nobile, quasi maiestatis plenum.*	B.: *Augustam] . . . proprie* * *⟨te⟩c⟨t⟩um augurio consecratum (-am* cod.*) [vel exploratum] abusive nobile.*
ge. IV 231 S.: *Duo tempora m.] idest fructus: Iuvenalis veram deprendere messem si libet.*	B.: *Messis] fructus iuvenalis* (sic corr.) *vere (= verā) messes (= messē si) dr̄ (= deprendere?) (Messis] fructus. Abusive vero 'messes' dicuntur* Hag.*)*
ge. IV 316 S.: *Ingressus] exordium. Experientia] nullo docente ars per usum reperta.*	B.: *Unde nova i.] . . . idest exordium. Experientia[e]] nullo docente* **
ge. IV 345 S.: *Vulcani Martisque] secundum Donatum hic distinguendum est, ut 'dolos' ad Vulcanum, 'furta dulcia', idest adulterium, referamus ad Martem: scimus enim quod Sole indicante Mars cum Venere per artem Vulcani est religatus catenis.*	B.: 345 *Curam narrabat i.] quidam distinquunt . . . . . .* 346 *Vulcani M. d. e. d. f.] 'dolos' ad Vulcanum, 'furta dulcia' ad Martem referenda* * *quod Sole indicante Mars cum Venere per artem Vulcani religatus est catenis.*

Vides in scholl. Bernn. *quidam distinguunt* suo loco motum esse; legas igitur scholion ad v. 345 sic: *Curam narrabat inanem [quidam distinguunt] Vulcani] 'curam inanem' ⟨a⟩morem* (*maiorem codd., morem* Hag.) *zelotypi intellegamus.*

S.	B.
ge. IV 353 S.: . . . *Arethusa vero de Elide.*	B.: 351 *Arethusa] de Lydia (= de ⟨E⟩lide).*
ge. IV 490 S.: *Respexit] idest commisit in legem.*	B.: 491 *Respexit] commisit ⟨in⟩ legem. (omisit legem* Hag.).

Quibus omnibus, quae modo de scholiis e Servianis deductis et supra de scholiis disiectis exposui, reputatis scholiorum a Servianis alienorum magnam partem, cum sint lacera foedeque corrupta, prorsus non intellegi posse mirum non est. E. g. cf. ge. I 110 *Ciet] inriget vel canit:* brevis exp. hic casu rectum servavit: *Ciet] inritat*

vel commovet. — ge. II 268 *Matrem] ut ⟨Aen. III 96⟩ antiquam exquirite matrem idest ut in qua;* e Servio petita sunt *Matrem] . . . matrem.* De reliquis id tantum pro certo affirmare ausim Hagenum coniciendo *terram nativam* nihil sanasse. — Item nescio, quid sibi velint illa ad ge. III 27 *Gangaridum] non pugnam Gangaridum, sed elefantorum ornamenta faciam.* — ge. III 516 *Mutavit genus ut execrabiliorem faceret novitatem.* Quod genus hic mutatum sit equidem non video. Fortasse *mutavit genus* illud nescio quo casu ex v. 539 praereptum est; reliqua *ut execrabiliorem faceret novitatem (= calamitatem?)* ad v. 515/16 spectare videntur. — ge. IV 221 *Deum] animam ex deo.* Hoc scholion, ni fallor, conglutinatum est ex glossa ad v. 224 *Vitas] animam* et Servianis ad v. 223 *'hinc', idest ex deo.* — Sed piget plura eiusmodi proponere: quae cuivis scholia diligentius perlustranti in omni fere pagina obvia sunt.

In misera hac scholiorum compilationis qualem ostendimus condicione summo opinor iure nihil tribuemus momenti neque Servianis Junilii neque a Servianis alienis Gaudentii nomine signatis. Nullus igitur video, cur viri docti adhuc Mommseni sententiam abiecerint: quae etiam scholiis nullum illorum grammaticorum prae se ferentibus nomen probatur. Haec enim (omissis illis in primo georgicon libro Gallo vindicandis) si Junilio Gaudentioque, ut debemus, — etenim non est, cur illi inscriptioni georgicon argumento praemissae: *Haec omnia* etc. diffidamus: ut multa quae adiecit scholiis compilator commentatorum nomina neglegentia pigritiave librariorum omitti poterant, ita is ipse paulo neglegentius in nominibus adscribendis versatus esse probabiliter existimatur — assignamus, aliqua ex parte cum Servianis ea congruere, aliqua ab illis aliena esse putaris. Atque profecto ita rem sese habere quivis sibi persuadebit scholia obiter tantum percensens. Iam vix est necesse indicetur, quae fere Junilii sint in scholiis Bern. georgica inlustrantibus: videlicet in universum omnia — Galli copiis in primo georgicon libro exceptis, quae accuratius nequeunt definiri, in quantum quidem eius nomen scholiis non est inditum — a Servianis aliena. Nam lubenter concedo huic scholiorum farragini decursu temporum non nulla quaedam aliunde inferri potuisse. Quorum sane una pars, inepta dico, facile agnoscitur. Veluti, ut de aliis taceam, tota per scholl. Bernn. hic illic inveniuntur glossae hominem latinae linguae scientia paene destitutum prodentes; e. g. cf. ecl. III 21 *Victus] pastus cantando* . . . Hagenus haud recte pro *pastus* coniecit *superatus. Cantando* illud cum sequenti lemmate est coniungendum. — ecl. III 51 *Efficiam] pro effigiem, imaginem.* — ge. II 410 *Metito] considera* (*vindemiam* Hag.) *prae-*

cide, legito. Aperte confusum est *metito* cum *meditor.* — ge. II 425 *Nutritur pro 'nutrit', idest humor vel pastor.* — ge. III 350 *flaventes] spirantes.* — ge. IV 348 *Fusis] furcatis (= fucatis?).* — Sed etiam nonnulla alia ineptias non redolentia interpolatoribus deberi consentaneum est; de iis paucis exponam postea.

Supra iam commemoravimus scholia Bern. ad ge. I II brevi expositione suppleri posse. Est enim magnus inter has scholiorum farragines — idque non solum inter ea scholia in scholl. Bernn. Gaudentio vel Junilio nominatim vindicata, sed inter reliqua quoque — consensus, sed ita, ut in brevi exp. grammaticorum nomina illa semper sint omissa. Sed antequam quo referendus sit iste consensus, explicare conor, de eo fusius disputandum esse video. Est autem aliqua scholiorum pars — et Serviana et aliena — seorsum proposita in brevi exp. et scholl. Bernn.; veluti solis scholl. Bern. Serviana exhibentur haec fere: — animadvertas quae nunc proponam plerumque frusta (vel frustula), interdum iis vitiis esse qualia supra deprehendimus inquinata.

Ge. I 28 *Myrto] . . . originem ducit.* — v. 32 *Tardis] [. . .] aestivis.* — v. 42 *Iam nunc] adhuc. Et votis i. n.] . . . honores.* — v. 55 *Arborei f.] poma.* — v. 64 *Pingue] redit ad solum. Primis] . . .* — Suspicor *solum* cum lemmate *primis* coniungendum et post *ad* inserendum esse *causam,* ita ut existat: *Pingue] redit ad ⟨causam⟩.* (= Serv.) *Solum primis] . . .*; — v. 79 fr (quod signum addo scholiis non integris ex Servio exscriptis vel excerptis). v. 81 *Effetos] continua fertilitate.* fr — v. 92 *Tenues] lentae et penetrabiles.* fr — v. 108 *Clivosi t.] . . . terrarum* (!) — v. 109 *Raucum] . . . voluptatem.* fr — v. 121 *Nocet] frugibus* (!). fr — v. 133 *Extunderet] . . . reperiret.* fr — v. 134 *Herbam] periphrasis segetis.* (*segetes* codd., Hag.) — v. 149 *Silvae] . . . infecunditas.* fr: Serv. v. 148. — v. 165 *Suppellex] . . . 'suppellectilis'.* fr = Serv. p. 170, 24. — v. 173 *Iugo] idest ad iugum.* fr — v. 180 *Neu p. v. f.] . . . pulverem.* — v. 184 *Plurima t.] . . . terrarum:* Serv. 185. — v. 186 *Curculio] . . . quasi 'gurgulio'.* fr — v. 193 *Semina v.] . . . leguminibus.* fr — v. 201 fr; — v. 206 fr; — v. 256 *Tempestivam] oportunam.* fr — v. 277 *Felicis o.] ad sumenda opera.* fr: Serv. v. 276. —

278 B.: v. *Eumenides] Κατ' εὐφημισμὸν Eumenides vocantur [. . .] Nefando] sacrilego. Coeum poeta iapetum pro gigantis* (sic codd.)	Serv.: *Eumenides] ut saepe diximus, κατ' εὐφημισμὸν Eumenides vocantur. Partu n.] sacrilego. Per Coeum et Typhoea et Iapetum omnes gigantes intellegimus.*

Ipse iam vides, quid lateat sub illo *poeta*: legas nimirum: *Coeum, ⟨Ty⟩phoea, Iapetum:* pro *giganti⟨bu⟩s.* De hoc loco quae Muellerus, Peerlcampius, Hagenus protulerunt, adi apparatum criticum. —. 428 *Si n. et rel.] — ubique pluvia.* fr: Serv. 429. — v. 453 *Caeruleus p. d. i. e.] . . . conclusio est.* — v. 489 fr. — v. 498 *quia verum nomen* (sic codd.) . . . *fixus est.* — v. 505; — v. 507 fr; — ge. II 7 *Musto] . . . 'musta'.* fr — v. 9; — v. 11 *Camposque et f.] . . . aqua est.* — v. 20 *Bene primum [ut ostendat naturales modos, dum alii, quos usus repperit.].* Hoc scholion corruptum esse Georgii (l. s. s. 279) recte statuit. Cuius tamen emendationem probare non possum: me quidem iudice *bene primum* illud frustulum est Servianum, quocum alia rudera coniuncta sunt. — v. 48 *Infecunda] nobili* (?) *fructu carentia.* fr — v. 49 *Natura] . . . semina.* fr — v. 77 *Includunt]* [. . .] *quia ex aliena* fr: Serv. v. 76. — v. 83; — v. 85 *Unam i. f.] . . . eandem.* — v. 86 *Orchades et r. e. a. p. b.] . . . faciem:* Serv. v. 87. — v. 94 *Olim] . . . temporis.* fr — v. 95 *Purpureae]* [. . .] *purpurei coloris.* — v. 96 *Rhaetica] hanc . . . laudat.* fr: Serv. v. 95. — v. 99 *Minor] . . . pertinet.* — v. 105 *Quem qui] . . . harenosum est* (!): Serv. v. 103. — v. 110 *Crassis] lutosis.* fr — v. 114 *Aspice] intuere.* fr — v. 121 *quidam in arbore vermes . . . procreatur.* fr: Serv. p. 230, 13 sqq. — v. 122 fr; — v. 125 fr; — v. 126 *Tristes] . . . lupini.* — v. 129 *Non i.] nocentissima. fr* — v. 131 *Faciemque s. l.] . . . laurus. fr* — v. 134 *Ad prima] idest . . . putentia. fr* — v. 136; — v. 142 fr; — v. 143 *Gravidae] largae* [. . .] *abundantes.* — v. 149 *Ver a.] . . . potest.* — v. 150 fr; — v. 151; — v. 157 *Fluminaque] . . . Cicero. fr* — v. 158 *Mare q. s.] . . . Tyrrhenum.* — v. 169 *Extulit] creavit. fr* — v. 172 *Inbellem a.]* [. . .] *idest avertendo reddis imbellem.* — v. 177 *Quae r. c.] . . . cuiusque.* — v. 181 *Vivacis] diu viventis.* fr — v. 188 *Felicem] fertilem.* fr — v. 200; — v. 213 *Casia et ros marinus . . . aptae* fr: Serv. v. 212. — v. 219 *Suo] naturali scilicet.* fr — v. 224 *Dives] . . . positus.* fr — v. 228 fr: Serv. v. 227. — v. 239 *Nec m. a.] dum aratur.* fr — Quae in scholl. Bernn. praeterea sequuntur *sicut . . . dignitate.* Georgii (l. s. s. p. 283) recte vidit pertinere ad *nomina* lemma (v. 240). — v. 241 *Qualos]* [. . .] . . . *defluit* fr: Serv. v. 242. — v. 253 fr; — v. 277 *In unquem] ad perfectionem.* fr — v. 277 *Positis] vitibus ordinatis:* Serv. v. 278. — v. 281; — v. 285 *Pascat p.] . . . inani.* — v. 289 *Sulco] fossae.* — v. 308 *Et ruit] [ab imo] emittit [et] ruere facit.* fr. *Ab imo* ex sequenti scholio inrepsisse videtur. — v. 311 fr; — v. 315 fr; — v. 319 *Rubenti] floribus splendido.* — v. 330 *Zephyri, Favoni⟨i⟩.* fr — v. 332; —

v. 335 *Trudit] fundit* [. . .] *in folia.* fr — v. 339 *Hibernis] . . . saevis* — v. 343; — v. 345 fr: Serv. v. 344; — v. 346 *Virgulta] . . . arboribus.* — v. 348 *Squalentes] [. . .] sordidas.* — v. 364; — v. 383; — v. 386 *Risu] idest cachinno.* — v. 387 fr; — v. 396 *ut ibi: Neve . . . ita corylus;* Vergilianum exemplum post *corylus* est transponendum. — v. 397 *Est etiam] iam paulatim tendit ad vitium * [culturam (?)].* fr — v. 398 *Vel exhausti] . . . vitem.* fr — v. 400 fr; — v. 403 *Olim] hic quandoque; significat et* (lege: *autem*) *finale tempus [est] autumni* [. . .] *vel 'seras frondes' . . . vites.* — v. 405 fr; — v. 406 *Dente] falce . . . tutella.* fr — v. 410 *ad laborem primum . . . legendos ultimum.* fr: Serv. v. 408. — v. 411 *Bis] . . . semel vere.* — v. 412 *vel tollendarum* (?) *herbarum et frondium secandarum.* — v. 416 fr; — v. 423 fr; — v. 424 *Sufficit h.] . . . arboribus.* — v. 444 *Trivere] tornavere.* fr — v. 474 fr; — v. 478 *Defectus s. v.] ⟨at⟩ qui[a] uno modo sol nobis videtur deficere . . . obiecerit.* Hoc scholion exemplo Serviani corrigendum esse recte monuit Georgii. (l. s. s. p. 289). — v. 487 *Spercheus] fluvius Thessaliae.* — v. 494 *vel inter se sorores.* fr — v. 495 *fasces] idest honores . . . purpuras.* — v. 496 *Discordia f.] . . . posuit.* fr — v. 498 *Non r. R] . . . cogit* [. . .] *Regna] vel regna barbarorum.* fr — v. 523; — v. 537 *quia maiores . . . putabant.* fr. —

In brevi exp. seorsum sunt Serviana haec fere. — Hic propter Hageni adnotationes sub contextum positas sat est versus enumerasse — ge. I 59 fr; 63; 64; 86 fr; 117; 159; 164; 166 fr; 174 fr; 175 fr; 181 fr; 196; 199; 200 fr; 218 fr; 223; 235; 247; 268; 286 (misere excerptum habes hoc scholion etiam in Leidensi); 304; 322 fr; 332; 336 fr; 337 fr; 338 fr; 344 fr; 347 f; 354 fr; 366 fr; 370; 375 (quae Serviano scholio inserta sunt *hiemis signum* proprium scholion esse documento sunt scholl. Bernn.: *fugere] [propter] hiemis signum.* — Quod seclusi *propter* temere est additum; nam scholiasta dicere non vult grues fugere *propter h. s.*, sed esse hiemis signum, cum fugiant grues; cf. ad v. 393 et 398. —); 381; 383; 384; 397 fr; 414 fr (scholion misere excerptum; unde Hagenus *Aristoteles* petiverit, intellegere non possum); 430; 432; 437 fr; 442; 458; 467 fr; 478; 480; 487; 488 fr; 492; 494; 497 fr; 510; 513; ge. II 5 fr; 17; 24 fr; 35 fr; 39 fr; 54; 63 fr; 91; 112 fr; 119 fr; 152 fr; 159 fr; 184 fr; 197 fr; 207 fr; 220; 241; 252; 258 fr; 259 fr; 288 fr; 320 (*candida idest vinea invinalis dicit sed candida avis* etc. codd. Probabilior huius loci Hageni emendatione haec esse videtur: *candida [idest] venit a⟨vis⟩] Iuvenalis dicit ser⟨pentes⟩* * (= Serv.) *Candida avis] . . .*); 324 fr; 325 fr;

336 (memorabile est in brevi exp. huius scholii lectionem emendatiorem esse quam apud omnes Serviani commenti codices, quippe in quibus *cursus* illud desit: quod ut flagitatur sensu, ita est adhuc apud Isidorum orig. V 35, 2, ubi Serviana exscripta habes.); 338; 353; 358 (non erat, cur Hag. cum Servio *nodos* non corrigeret in *nitidos.*); 384 fr; 386 fr; 406; 413; 419 fr; 424 fr; 444; 445; 446; 453 fr; 454 fr; 457; 481; 483 (foede corruptum); 490 fr; 491; 502 fr; 517; 540.

De scholiis a Servianis alienis similis est res. In iis tamen, ne longus sim, sat habeo commemorasse in brevi expos. desiderari quae in scholl. Bernn. Iunilio nominatim sint tributa hisce locis: ge. I 7; 96 (semel); 125; 126; 133; 134; 149; 157; 182; 208; 275; 286; 293; 303; 313; 335; 383; 395; ge. II 127; 143; 158; 160 (?); 542.[1]

Quamquam quae in alterautra scholiorum farragine proponuntur seorsum sunt pauca prae iis quae utrique sunt communia; quorum forma interdum est par, saepius amplior breviorve in alterautra scholiorum compilatione. Veluti, ut praeteream Serviana, copiosiora in brevi exp. leguntur quae in scholl. Bernn. Iunilii nomen prae se ferunt hisce locis: ge. I 28; 31; 32; 42 (suspicor enim *Iunilius dicit* Serviano scholio subiunctum spectare ad *Votis] sacrificiis*); 54; 59 (= br. e. 58); 143; 163; 221; 222; 240 (de his duobus locis postea); 261; 295; 378; 396; 397; 437 (scholion ad *Melicertae* adscriptum); ge. II 197; 487. — Praeterea inprimis cf. ad ge. I 1; 9; 17; 18; 120; 364; ge. II 168; 437 etc.

Iste mirus, qualem modo animadvertisti inter scholl. Bernn. et brevem exp. consensus qua ratione explicandus sit Mommsenus (l. s. s. p. 448) sic iudicat — ut rursus eius verba exscribam —: 'die enge Verwandtschaft der Florentiner-Leydener-Scholien (= brevis exp.) mit den Bernern ist hiernach im allgemeinen begreiflich; es sind eben beides Contaminationen des Philargyrus einer- und des servianischen Kommentars andererseits. Es lässt sich nun aber das Verhältnis in zwiefacher Art denken; entweder sind beide Sammlungen von einander unabhängig aus den Quellen selbst gezogen oder sie gehen zurück auf eine verlorene gemeinschaftliche Quelle, die den Georgikenkommentar des Philargyrus und den oder die des Servius bereits ineinander gearbeitet, aber im übrigen wenigstens relativ vollständig und mit den Namen bezeichnet enthielt. Die letztere

1) Omisi ge. II 467; videtur enim brevis expositionis *aut hyperbolice* Iuniliani scholii frustulum esse. Nam nullus dubito pro scholiorum Bernn. *hyperbaton*, quod nusquam reperiatur, scribere *hyperbolen*.

Annahme möchte viel für sich haben, da die Übereinstimmung zwischen den Leydener-Florentiner und den Berner-Scholien sowohl in den benutzten Quellen als in der Fassung der einzelnen Scholien eine sehr enge ist und auf diese Weise sich am einfachsten erklärt; doch bedarf diese schwierige Frage noch einer weit umfassenderen Untersuchung, als ich ihr habe widmen können.'

Quam quaestionem qui sibi profligandam sumet maxime in tria, si quid video, inquiret:

1. Quae ratio inter Serviana scholiorum Bern. et brevis exp. scholia intercedat;

2. qualia sint utrubique a Servianis aliena quoque modo cum reliquis coniuncta;

3. num certa Galli commentarii vestigia inveniantur in brevi expositione.

Atque inprimis erit videndum, quid ex Servianis utrubique propositis elici liceat: incipiam ab enumerandis iis in neutra scholiorum farragine occurrentibus; — quod est non abs re; si enim diversi congregatores Servianum commentum excerpserunt, non ita erit verisimile multa esse Serviana, quorum ne frustula quidem apud alterutrum excerptorem inveniantur. — Sunt autem haec fere: ge. I 12; 22; 23; 38; 39; 44; 45; 47; 49; 57 pr(ius scholion); 58; 73; 85; 94 al(terum scholion); 95; 100; 102 pr; 110; 111; 114; 120; 124; 128; 137 al; 138 al (duo); 139; 142; 143 al; 157; 162 pr (?); 181 pr (?); 194; 198; 208 pr; 212; 262; 266; 273 pr; 281; 290; 295; 300; 309; 318; 321; 324 al; 326; 327; 332 pr; 334; 356 al; 358 (?); 362; 373; 382; 393 al; 404; 418; 435; 456; 504; ge. II 6; 22; 24 pr; 27; 42; 48 al; 64; 68; 82; 86 pr; 92; 98 al; 101; 109; 112 al; 115 pr; 116 pr; 121 al; 126 pr; 127; 132; 137 pr; 138 pr; 139; 143 al; 147; 148; 150 pr; 151 al; 155; 166; 168; 174; 176; 179; 182; 187; 189; 190; 192; 193; 194; 196; 201; 209; 230 (?); 234; 236; 240; 244; 247; 250; 256; 262; 264; 274; 284; 293; 310; 329; 333; 337; 371; 372; 379; 389; 390; 392; 393; 394; 401; 410; 420; 421 pr; 422; 425 pr; 435; 447 pr; 448; 463 pr; 464 al; 465 pr; 470; 473; 481 al; 486; 491; 492 al; 493; 504; 505; 506 pr; 515; 516; 519 (?); 520; 536.

Quod autem maioris est momenti, sunt persaepe Serviana brevi expos. et scholiis Bern. exhibita eadem fere ratione exscripta vel excerpta. Quorum plurima proponam necesse duco — nonnulla exscribam, reliqua ipse, si placet, inspicias —:

ge. I 36 S(ervius) *Quicquid eris] ordo est 'quicquid eris, da facilem cursum': cetera enim per parenthesin dicta sunt.*	b(revis) e(xpos) *Quicquid eris]* [idest] quicquid** *cetera per parenthesin dicta sunt.*	(schol) (B(ern) *Quicquid eris]* quia* (= quicquid?)* *cetera per parenthesin dicta sunt.*
ge. I 41 S.: *Ignarosque v. m. m. a. i.]* *aut mecum viae, idest rationis, ignaros miseratus rusticos iuva, ut 'mecum ignaros' intellegas: aut rusticis ignaris fave mecum, ...*	b. e.: *Ignarosque v. m.]* *aut viae, idest artis vel traditionis ⟨ignaros⟩ miseratus rusticos iuva, ut 'mecum ignaros' intellegas, aut rusticis ignaris fave mecum.*	B.: *Ignaros] rusticos iuva* (!) *Ignarosque viae] pro artis vel traditionis vel rationis.*
ge. I 51 S.: *Varium c. p. m.] idest aeris: Lucretius . . . . et hoc dicit: debes etiam caeli qualitatem nosse, utrum pluviis gaudeat, an tepore vel frigore.*	b. e.: *Varium m.] aeris** *nosse qualitatem, utrum pluviis gaudeat, an tepore⟨vel⟩frigore.*	B. 52: *Habitusque l.] [. .]* *utrum pluviis gaudeat an tepore vel frigore.*
ge. I 74 S.: *Laetum l.] fertile. et 'laetus' prout res fuerit accipe, ut 'laetus homo' idest hilaris; 'laetum pecus' idest pingue; 'laetum legumen', ut diximus, fertile. et legumen dicitur quod manu legatur nec sectionem requirat; . . . .*	b. e.: *Laetum] fertile;* *'homo laetus' idest hilaris; 'laetum pecus' idest pingue. Legumen]* *legumen dicitur quod manu legatur nec sectionem in* (?) *falce requirat.*	B.: *Laetum] fertile* *pingue* *Legumen]* *legumina dicuntur, quaecumque non falce succiduntur, sed manu leguntur.*
ge. I 113 S.: *Cum p. s. ae. s.] cum adhuc herbae sunt tenerae,*	b. e.: *Cum p. s. ae. s.] cum adhuc herbae* tenerae, ante-*	B. 112: *Tenera d. i. h.]* * *herbae adhuc* * *tenerae ante-*

idest antequam cogantur in culmos.	quam in culmos cogantur.	quam in culmos cogantur.
ge. I 123 S.: Movit a. c. a. m. c.] dicturus est Iovem fecisse multa, quae possunt in vituperationem venire: et ea hoc colore defendit, quo dicat voluisse eum ingenium mortalibus ex necessitate praestare, ne torperent otio, quod ex rerum abundantia procreatur.	b. e.: Movit a.] * possunt (-int codd.) in vituperationem venire, et hoc loco defendit, quod ait 'mortalia corda acuens'.	B. 125: Ante I. et rel.] Iovem dicit fecisse ea quae in vituperationem veniunt, sed hoc loco defendit dicens 'acuens mortalia corda' et rel.
ge. I 138 S.: Pleiades] signum est ante genu tauri, quod ortu suo primae navigationis tempus ostendit:	b. e.: Pleiades] [. . . .], quae ortu suo primae navigationis tempus ostendunt.	B.: Pleiades] ortu suo primae navigationis tempus ostendit.
ge. I 147 S.: Prima C. f. m. v. t. i.] prima Ceres omne agriculturae genus hominibus indicavit: superfluo enim quaestionem movent commentarii, dicentes Osirin vel Triptolemum aratrum invenisse: nam aliud est unam rem invenire, et aliud omnem agriculturam docere, quod fecit Ceres.	b. e.: Prima C.] * omne agriculturae genus hominibus indicavit; superfluo enim quaestionem movent commentarii, dicentes Osirim vel Triptolemum aratrum invenisse: nam aliud est unam rem invenire, aliud omnem agriculturam *.	B.: Prima C. et rel.] * omne agriculturae genus hominibus indicavit. Alii dicunt Osirim vel Triptolemum aratrum invenisse [obiciunt], sed aliud est omnem invenire agriculturam, aliud unam rem*.
ge. I 183 S.: Aut oculis c. f. c. t.] hoc est debiles oculis. et	b. e.: Capti t.] debiles oculis.	B.: Capti t.]

mutavit genus: nam 'haec talpa' dicitur: sicut et de dammis fecit, ut cum canibus timidi venient ad pocula dammae.	Mutavit genus: nam 'haec talpa' dicitur ut in Bucolicis dicit: timidi dammae.	mutavit genus ut in Bucolicis: timidi dammae.
ge. I 219 S.: Robustaque f.] frumenta, quae plus habent virium, quam legumina, quo tempore nobis Atlantides occidunt sunt serenda. Atlantides autem, licet septem fuisse dicantur, sex tamen videntur in caelo: quae novembri mense nobis incipiunt non videri.	b. e.: Robustaque f.] frumenta, quae plus habent virium, quam legumina, quo tempore nobis Atlantides occidunt, sunt serenda. v. 221 Atlantides] aliquando VI videntur, aliquando VII in caelo; quae novembri mense incipiunt non videri a nobis.	B.: Robustaque f.] plus enim virium habent quam legumina et tempore quo Atlantides occidunt sunt serenda. v. 221 [. . .] Atlantides] aliquando septem, aliquando sex videntur; in novembri non videntur a nobis.
ge. I 243 S.: At illum s. p. s. a. v. m. q. p.] axem notion, idest australem, qui a nobis numquam videtur, sicut borios, idest septentrionalis, semper videtur. et sicut variae philosophorum opiniones sunt, ita et hic varie loquitur: nam alii dicunt a nobis abscedentem solem ire ad antipodas, alii negant et volunt illic tenebras esse perpetuas. mire autem ait quasi de inferis 'Styx atra videt manesque profundi', ut	b. e.: Styx] [. . .] axem notion, idest australem, qui numquam nobis videtur, sicut borios * Et hic sunt variae opiniones philosophorum: alii dicunt a nobis abscedentem solem ire ad antipodas, alii negant et volunt, illic tenebras esse perpetuas. Mire ait 'Styx atra' quasi de infernis.	B.: Sub pedibus S.] idest axem notion, idest australem, qui numquam a nobis videtur, sicut boreus * v. 247 Illic u. p. et rel.] hic variae philosophorum opiniones: alii dicunt a nobis abscedentem solem ire ad antipodas, alii negant et volunt, illic tenebras esse perpetuas. v. 243 Styx quasi de inferis.

ge. I 270 S.: *Deducere] idest siccare: nam 'inrigare' inducere est, ut deinde satis fluvium inducit.* . . . . / . . . . / . . . *unde perite Vergilius ait 'balantumque gregem fluvio mersare salubri', idest salutifero; nam dicturus est in tertio, scabie temptari, nisi laventur animalia....*	b. e.: 269 *Rivos d.] idest siccare: nam [. . .] 'inducere' inrigare est, ut deinde satis inducit fluvium.* v. 272 *Balantumque gregem] idest salutifero lavari fluvio aportet; nam in tertio dicit, scabie temptari, nisi laventur animalia.*	B. 269: *Rivos d.] siccare; nam inrigare 'inducere' dicitur.* v. 272 *Fluvio salubri] nam dicit in tertio libro, scabie temptari nisi lavantur ⟨animalia⟩.*
ge. I 335 S.: ...*'Cyllenius' autem 'ignis' est stella Mercurialis; nam in Cyllene monte Arcadiae dicitur natus esse Mercurius.*	b. e.: v. 337 *'Cyllenius' autem 'ignis' stella Mercurialis est; nam in Cylleno monte Arcadiae dicitur esse Mercurius natus.*	B.: v. 337 *Cyllenius] Mercurius, quia in Cyllenio monte Arcadiae natus esse Mercurius dicitur. Gaudentius dicit.*
ge. II 41 S.: *Pelagoque v. d. v. p.] simplici generi carminis praesta favorem, ut 'vela' favorem accipiamus, 'patens pelagus' carminis facilitatem. hoc autem carmen facile esse ipse significat dicens et 'in manibus terrae', hoc est in facili et in promptu res posita est, et 'non ego cuncta meis amplecti versibus opto' idest non sum universa dictu-*	b. e.: *Pelagoque v.] simplici generi carminis praesta favorem, ut 'vela' favorem intellegamus, 'patens pelagus' carminis facilitatem.* v. 45 *In manibus terrae] in facili et promptu* v. 42 *Non ego cuncta] idest non sum universa dictu-*	B.: *Vela] favorem; simplici generi carminis praesta favorem. Pelago] 'pelagus patens' idest carminis felicitatem accipimus.* v. 45 *In manibus] in facili et promptu.* v. 42 *Non ego cuncta et rel.] non sum universa dictu-*

rus; nec enim possum: qua re et suam verecunde extenuat possibilitatem, et Maecenatis auribus ex sui carminis brevitate blanditur. alii aliter accipiunt: constat Maecenatem fuisse litterarum peritum et plura composuisse carmina — nam etiam Augusti Caesaris gesta descripsit, quod testatur Horatius . . . . /	*rus; nec enim possum: qua re et suam verecunde extenuat possibilitatem, et Maecenatis auribus ex sui carminis brevitate blanditur. ⟨Alii⟩ aliter accipiunt; constat Maecenatem litterarum fuisse peritum et plura composuisse. Nam Augusti Caesaris gesta descripsit.*	*rus.* v. 44 *Suam verecunde extenuat possibilitatem et Maecenatis auribus ex sui carminis brevitate blanditur, vel Maecenatem dicit litterarum peritissimum esse et plura composuisse Augusti Caesaris gesta* (!)
ge. II 62 S.: *In sulcum] in ordinem componendae, aut certe arandae. Multa m.] multo labore: a sequenti* . . . /	b. e.: *In sulcum] in ordinem* * *arandae. Multa m.] multo labore.*	B.: *In sulcum] in ordinem* * *arandae. Mercede] pro labore.*
ge. II 98 S.: *Tmolius a. q. e. r. i. P.] duplex est hoc loco expositio. Nam alii volunt sine vitio in subauditione* . . . . /	b. e.: *Tmolius a.] duplex hoc loco expositio. Nam alii volunt sine vitio* *,	B.: *Tmolius a.] duplex est expositio. Nam alii volunt sine vitio* *,
p. 228, 9 *alii autem ad superiora referunt, ut 'quibus' non ad vina referamus, sed ad vites, ut sit 'quibus vitibus cedit Tmolius et Phanaeus', montes vitibus consiti:* . . . . /	*alii autem ad superiora referunt, ⟨ut⟩ 'quibus' non ad vina referamus, sed ad vites, ut sit 'quibus cedit Tmolius et Phanaeus', montes vitibus consiti.*	*alii ad superiora referunt et non ad poma*(!), *sed ad vites, ut sit 'quibus cedit Tmolius et Phanaeus', montes vitibus consiti.*
ge. II 412 S.: *Lau-*	b. e.: *Laudato et*	B.: *Laudato i. et*

dato i. r. e. c.] hoc etiam Cato ait in libris ad filium de agricultura. quod ideo dictum est, vel quia maiores agros incultos 'rura' dicebant, idest silvas et pascua, agrum vero, qui colebatur, ut intellegamus, laudato ingentes silvas, colito agrum minorem: vel, quod melius est, quia ait in primo ***alternis idem tonsas*** *c. n. e. s. p. s. d. c., quod fieri non potest, ...*	*rel.] quod ideo dictum est, vel quia maiores agros [et] incultos 'rura' dicebant, idest silvas et pascua, 'agrum' vero, qui colebatur. Intellegimus: laudato ingentes silvas, colito agrum minorem: vel, quod melius, quia ait in primo* ***alternis.***	*rei.] quia maiores agros [et] incultos 'rura' dicebant. Laudato] idest ingentes silvas [in] colito.*

Praeterea inprimis cf. ad ge. I 19; 67; 72; 82; 89 (88), 93; 94; 103; 106; 107; 117; 131; 141; 151; 163; 172; 187; 195; 202; 205; 207; 245; 246; 274; 299; 314; 320; 324; 338; 356; 388; 391; 399; 424; 426; 451; 472; 481; 482; 502; ge. II 11; 14; 18; 26; 34; 47; 65; 70; 73; 93; 97; 116, 130; 140; 160; 177; 252; 267; 273; 291; 342; 365; 374; 417; 455; 458; 461; 469; 478; 479; 508.

His omnibus locis Servianum utrubique commentarium eadem ratione exscriptum vides. Sufficiant haec, quamvis plura possent, quae huc spectare videntur, proferri, quibus probemus summam inter brevis exp. et scholiorum Bern. Serviana necessitudinem.

Verumtamen quod in scholiis Servianis facile animadvertimus idem de reliquis, cum commentum, unde fluxerunt, non iam supersit statuere admodum est difficile. Itaque contineo me in locis eis enumerandis, quibus utrubique deprehenduntur corruptelae eaeque ita comparatae[1]), ut probabiliter ad integrum commentarium illum, unde hausta sunt scholia, non reducantur. Tales locos habeo hos: ge. I 19 — lacuna post *Osirim putant.* — ge. I 137 *Numeros] modos, ut diceretur Septentrio semptem stellarum.* Hoc in scholio satis ob-

1) Veluti nihil tribuo mendo illi *silentio* (ge. I 33.), pro quo **Hagenus** in scholiis Bern. haud feliciter coniecit *per laqueos.* Legendum videtur *suspendio.* Cf. Hygini fab. 243.

scuro duas vocis *numeros* interpretationes male in unam conflatas esse documento sunt **Servius Danielinus**que qui dicitur **Servius.** Ille enim dicit: *'numeros' aut currendi* ***modos****, idest ortus et occasus . . .*, apud hunc est *aut 'numeros', quia Septentrionem dicimus.* — ge. I 218 — lacuna post *Nigidius ait.* — ge. II 114. — ge. I 270 scholl. Bernn.: *Religio] divina humanaque, nam ad religionem pertinent, fas ad homines, iura ad deos, quia fas divinum, ius humanum. Junilius dicit.* Hoc ex depravato scholio illa brevis exp. quae sunt ad v. 269 *'fas' divinum, 'ius' humanum, vel 'fas' ad homines, 'iura' ad deos* excerpta sunt. Atqui rectissime **Wagnerus** (de Phil. II 20) Bernense scholion suspicatur ex duobus esse conflatum, quamquam multo simplicior quam illi visum est inveniri potest medela (scribit enim: 'fas et iura] divina humanaque; nam ad deos pertinet fas, ad homines iura. Fas et iura] quia fas divinum, ius humanum'.) Nam procul dubio *divina . . . homines iura* ex Servio petita et sic emendanda sunt: *Religio] divina humanaque ⟨iura permittunt⟩: nam ad religionem pertinent fas, ad homines iura.* Quae restant *ad deos . . . humanum* perquam probabiliter, quippe quae facile haplographia quadam omitti potuerint, supplentur his: *iura ad homines fas.* (. . . pertinent fas ad homines iura ⟨iura ad homines fas⟩ ad deos . . .!)

ge. II 301 br. e.: *ferro ledere obtonso seminare tonso quo vites quassantur potius, quam putantur. ferro non abscidenda.* (G.)	B.: *tunso hederato idest obtunso seminare quo vites potius quassantur quam putantur.*

Huius loci emendatio probabilior quam Hageni haec esse videtur: etenim apertum est illud *tunso* scholiorum Bern. idem esse quod in brevi expos. post *seminare* habes et hic suam tenere sedem, cum antecedat *seminare.* Si igitur scholiorum Bern. *tunso* post *seminare* transposuimus, facile intellegitur, sub brevis exp. *ferro ledere* et scholiorum Bernn. *hederato* idem latere lemma, scilicet: *ferro laede re⟨tunso⟩ = ⟨ferro⟩ laede retunso.* Habemus iam et in brevi exp. et in scholl. Bernn. scholion, quale legitur apud Servium, si quidem omittimus *seminare tunso*: quae ubi collocanda sint ea de causa non est dubium; videlicet ante *ferro non abscidenda* — in scholiis Bern. intercepta —, praesertim cum in iis desideretur subiectum. Legas igitur totum scholion sic: *Ferro laede retunso] obtunso, quo vites quassantur potius quam putantur; ⟨·i·⟩ (= idest) semina retunso ferro non abscidenda.* Similiter in brevi expos. ge. II 302 Servia-

num scholion quod est *non quo . . . incendii* illustratur per: *idest non inseras truncis silvestribus oleas.*

Iam his ex duobus locis de quibus dixi postremis apparuit eadem ratione olim in utraque scholiorum compilatione Serviana cum alienis conexa fuisse; id quod fusius investigandum esse puto, quippe cum, ut iam monui, in scholiis a Servianis alienis perdifficile sit ad diiudicandum, utrum similiter utrubique excerpta sint necne. Nam saepius si Serviana eodem modo cum alienis coniuncta videmus, id non ad diversos, qui compilaverunt Servianum cum alio vel aliis commentis referendum erit. Quamquam fac scholia Bernensia et brevem exp. redire ad unum eundemque, quo iam Serviana cum alienis contaminata erant codicem, tamen nunc quidem nos non ita multis locis eundem scholiorum ordinem invenire consentaneum est, cum et brevis expos. et scholiorum Bern. forma, qualis nunc est procul dubio satis longe a primigenia illius archetypi scholiorum compage abhorreat. Quo maius momentum eiusmodi locis est tribuendum. Quorum enotavi mihi hos — de non nullis fusius agam, reliquos commemorasse satis habebo —: ge. I 5 sqq. B. (: b. e.) 1. a Servianis aliena: *Vos o clarissima m. l. l. c. q. d. a. L. e. a. C.] . . . adiutae mysteriis.* 2. Serviana ad v. 5: *Liber e. a. C.] . . . invocavit.* 3. Serviana ad v. 6: *quorum . . . solem annus.* 4. a Servianis aliena cum Servianis ad v. 7 commixta: *Vestro] . . . feminas* (— *am* cod.) *deas.* — Nihil est ad rem singula scholia si modo in scholiis Bern. modo in brevi expos. copiosiora vel emendatiora invenimus. Animadvertas tamen velim et hoc loco — sunt enim in Servianis ad v. 5 utrubique omissa *Dianam . . . Junonem eandem* — et iis interdum quos in sequentibus allaturi sumus Serviana eodem esse modo exscripta.

ge. I 21 sqq. b. e. (: B.) 1. Serviana ad v. 21: *Diique d.] . . . a satione Sator.* 2. a Servianis aliena: a) *Tueri] pro tuendi;* b) *Non u. s. f.] . . . a nobis.*

ge. I 33 b. e.: . . . *Modo ergo secundum Chaldaicos locutus ⟨est⟩ dicens, posse eum habere locum inter Scorpionem et Virginem. Nam Erigone ipsa est Virgo,* (= Serv. p. 140, 13—15) *quae inter XII signa esse dicitur, Icari Atheniensis filia.*	B.: *Modo secundum Chaldaeos loquitur dicens, eum posse habere locum inter Scorpium et Virginem. . . . . . . Erigonen] ipsa est virgo Erigone, Icari Atheniensis filia; inter duodecim signa esse dicitur.*

ge. I 48 B.: 1. Serviana: *Bis q. s.] calorem dierum et noctium ⟨frigora⟩.* 2. a Servianis aliena: *Sentit] . . . seritur.* — Manifestum

est quae sunt *calorem dierum et noctium* esse truncata Serviana haec: *quae bis et dierum calorem et noctium senserit frigora.* Eadem eodem quo in scholiis Bern. ordine videntur olim v. 48 in brevi exp. adscripta fuisse. Suspicor enim sub brevis expositionis *dierum calorem et solis, frigora et hiemis* latere Serviana scholiorum Bernensium qualia supra redhibui: aperte *solis* et *hiemis* glossemata sunt olim suprascripta vocabulis *dierum* et *noctium,* quod quidem interceptum est. Quae autem sola leguntur in brevi exp. *idest scinditur, in transversum sulcum ducitur* meo iudicio non tam, ut Hagenus censet, vocabuli 'scindimus' (v. 50) interpretamenti reliquias continere videntur quam et ipsa sunt glossema pertinens ad *aratur.* ge. I 56 B.: (b. e.) 1. Serviana: *Nonne v.] . . . unus ager.* 2. a Servianis aliena: *Tmolus] mons in Lydia, ubi odores nascuntur.* 3. Serviana: *vel mons Ciliciae, in quo crocum nascitur.* Scholiorum Bernensium ope, quae turbata sunt in brevi exp.... *unus ager? in Lydia ut alii Molus vel Tmolus mons est Siciliae vel Ciliciae in quo . . .* transponendo sic corrigenda sunt: . . . *unus ager? [Molus vel] Tmolus] mons est in Lydia; ut alii:* ⟨*mons*⟩ *[Siciliae vel] Ciliciae, in quo . . .*[1]). Hageni excogitamenta nihili esse vix est quod moneam. ge. I 222 b. e. (: B.) 1. a Servianis aliena: *Coronae] . . . transfigurata est.* 2. Serviana: *Cum enim . . . collocavit.* Quibus in scholiis Bern. *Junilius et Gaudentius dicit* subscriptum est, ea, si exceperis *suam cum corona in caelo dedicavit,* brevis expositionis Serviana esse, misere quidem perturbata, manifestum est. Ergo Hagenus Junilio Gaudentioque non sua tribuisse facile intellegitur. Gaudentii enim est totum scholion exceptis illis *suam . . . dedicavit,* Junilii esse videntur: *Coronae] . . . proxima.* Quid de illis *suam . . . dedicavit* iudicandum sit in dubio relinquo: fortasse sunt reliquiae illius scholii quod in brevi exp. post Serviana legitur: *Gnosiaque a.] . . . huic coronam muneri dedit, cum qua astris consecrata est.* — ge. I 229 B. (: b. e.) 1. Serviana: *Cadens] verno tempore occidens.* 2. a Servianis aliena: *Bootes] . . . non aestate.* 3. Serviana: *Ad medias] . . . Vergilium.* — Vides Junilianae adnotationi in scholl. Bernn. unum Serviani ad v. 229 scholii frustum praemissum esse, alterum suffixum. Horum frustorum prius in brevi exp., ubi exstat aliquanto copiosius, male est ipsis Junilianis insertum, id quod Hagenus quidem minime curavit. — ge. I 240 b. e. (: B.) 1. a Servianis aliena: *Mundus u. a.*

1) Similiter ex scholiis Bern. intellegitur in brevi exp. ge. I 350 tria scholia pessime in unum esse contaminata. Alius enim sunt *subaudi incomposita,* alius *saltationem aptam* et *ex nulla arte venientem* (*-ia* cod.), alius *hymnos.* Ne huic quidem scholio Hagenus bene consuluit.

rel.] ... *in australem.* 2. Serviana: *Iam definitio* ... *Riphaei.* — Sub illo *ad* quod est in scholiis Bern. post *Aratus et Junilius dicit* subesse patet *ar⟨ces⟩*. Sed quid de ista subscriptione? Certe prorsus temere egit de ea Hagenus qui (praef. p. 707) Junilii esse vult quae sunt *Mundus]* ... *terra.* Arato autem deberi dicit *Iam definitio* etc. nisus brevis expositionis ad v. 242 verbis: *Hic vertex]* ... *designant:* ut mittam quae Hagenus Arato tribuit ea ad verbum e Servio expressa esse, nullo modo cohaerent cum scholio ad v. 242, ubi Arati fit mentio. Iam inspicias scholiorum Ber. ad. v. 242 apparatum qui dicitur criticum, ex quo discas v. 242 adscripta esse haec: *hic vertex septentrio in hac parte in septentrione Arctos astrologi nullam picturam designant.* Quorum quae sunt *in hac parte in septentrione* glossema esse spectans ad *hic* Hagenus recte coniecisse videtur; de reliquis tamen verum non vidit. Nam procul dubio, opinor, verba *hic vertex septentrio Arctos astrologi nullam picturam designant* miserae sunt reliquiae brevis expos. ad *hic vertex* v. 242 scholii, cuius videlicet in scholiis Bern. aetatem tulerunt prima pars et ultima, ita ut scribendum sit: *Hic vertex] septentrio⟨nalis⟩ Arctos* * * *astrologi nulla[m] pictura[m] designant.* Nunc per se est apertum, quo trudendum sit illud *Aratus et Junilius dicit:* nimirum ad nostri v. 242 scholii frustum.

ge. I 260 Serv.:	b. e.:	B.:
Multa forent q. m. c. p. s. m. d.] ordo est: multa maturare datur, quae forent in serenitate properanda. nam male quidam 'forent' esse praesentis temporis volunt, ut sit sensus: multa sunt, quae maturare datur, mox caelo sereno properanda in usum caeli sereni: quod non est idoneum, licet re vera ⟨cum⟩ 'fore' tantum futuri sit temporis, tamen 'foret' et praeteritum et praesens et futurum complecta-	*Multa usque datur] hic est ordo: multa maturare datur, quae forent in serenitate properanda. Nam male ⟨quidam⟩ 'forent' esse praesentis temporis volunt, ut sit sensus: multa sunt [properanda], quae maturare datur, mox caelo sereno ⟨properanda⟩ [idest] in usum caeli sereni*	*Multa forent et rel.] ordo est: multa maturare datur, quae forent in serenitate celeriter properanda. Nam male quidam 'forent' esse praesentis temporis volunt, ut sit sensus: multa sunt [properanda], quae maturare datur.*

tur: Sallustius in virtus fidesque vestra spectata mihi foret, idest esset. ordo est: multa maturare datur et celeriter facere, quae si velis caelo sereno properanter facere, non diligenter poteris facere, dum festinas. (scholion dedi ex Georgii (l. s. s. p. 268) probabili coniectura.)	*multa maturare datur [idest] ⟨et⟩ celeriter facere, quae si velis caelo sereno properanter facere, non diligenter facere poteris, dum festinas. 'Maturare' verbum habet duas significationes* . . . . *... maturate fugam.*	v. 261 *Maturare] [idest] ⟨et⟩ celeriter facere.* *Hoc verbum habet duas significationes* . . . . *maturare fugam Iunilius dicit.*

Vides utrubique Servianum eadem ratione excerptum scholium eadem ratione cum Juniliano contaminatum esse. Ge. I 396 b. e. (: B.) 1. Serviana: *Nec f. r.]* ... *accipit lumen.* 2. a Servianis aliena: *Obnoxiam* ... *Aratus dicit.* In scholiis Bern. Serviani scholii tantummodo supersunt verba extrema *Obnoxia] quia ab illo accipit lumen,* a Servianis alieni prima *vel pro eo quod noceat* et ultima *idest eclipsin dicit* — cf. quae supra de scholio ad ge. I 242 disseruimus. — Praeterea Junilianorum frustulum suo loco motum aetatem tulit, scilicet *Ergo non absurde hic videtur duo tempora dixisse, nocturnum et diurnum.* Ab iis quae modo exposui longe abhorret Georgii, qui (l. s. s. p. 274) aliud scholion esse censet *Obnoxiam lunam* ... *noceat,* quocum coniungi vult illa *eclipsidem Aratus dicit,* aliud *Non absurde* ... *obnoxia Luna;* hoc scholion — pro *nec si* (N P *sit* G *sic*) *subito sol deficit* scribit *nec sic subito sole deficit* — artificiose explicat sic: 'Es sind Tage gemeint, an denen Luna im Sonnenschein nicht so plötzlich verschwindet, dass man daraus, wie gewöhnlich, sehen könnte, sie sei den Sonnenstrahlen unterworfen, also Tage, wo der Mond noch bei ziemlicher Sonnenhöhe sichtbar ist'.

Sed Georgii sic si interpretatur, nonne etiam *non* ante *obnoxia* erat inserendum? Quamquam vix est quod pluribus ostendam scholion quale legitur in brevi exp. sanum esse, modo inseramus *igitur* ante *hic,* illud *sit* (sic G) ut ex antecedentibus perperam repetitum abiciamus. — Ge. II 377 B. (: b. e.) 1. frustum Servianum: *Incumbens]*

penetrans. 2. a Servianis aliena: *Scopulis a.]* . . . *obit.* (= *urit?*) — Pro *obit* est in brevi exp. *resolvit.* Sub quo tamen idem scholiorum Bern. *obit* latere suspicor, cum *re* — illud ex dittographia ortum esse videatur.

Praeterea ipse conferas quaeso ad ge. I 129; 143; 170; 211; 225; 311; 334/35; 346; 364; 378; 400; 415; ge. II 40; 59; 74; 86; 154; 162; 231/32; 395; 464; 497; 533.

Tertium restat ut inquiramus num sint in brevi expos. certa Galli commentarii vestigia. Atque nominatur is in scholiis Bern. locis his: ge. I 2; 3; 8; 13; 25; 28; 31; 40; 54; 81; 149; quorum desunt in brevi exp.: ge. I 2; 13; 28; 81; 149; ad v. 8 quae Galli nomine feruntur, utrum ex iis brevis expositionis scholion *Chaoniam] quia* . . . *glande vescebantur* excerptum sit necne in medio relinquo. Reliqua, quae Gallo tribuuntur in scholiis Bern., exstant et in brevi expos. His tamen ex scholiis, cum omnia sint e Servianis petita, nihil certi concludi posse patet, nisi forte utrubique Serviana aut excerpta eodem modo aut cum alienis coniuncta esse vidimus. Atqui habemus sane Iuniliana et Gallana iuxta posita in brevi expos. et scholiis Bern. ge. I 31; 54. Maioris etiam momenti his locis sunt quae ge. I 24 sqq. adscripta legimus: ubi Servianorum alienorumque ordo est idem utrubique et insuper sunt Serviana eadem ratione excerpta: h. e. (: B.) 1. Serviana: *Tuque adeo]* . . . *interitum Augusto* (= Serv. p. 138, 7—13). 2. Serviana: *Incertum est]* . . . *constat* (= Serv. p. 138, 20—22). 3. Serviana ad v. 25: *Urbisne i. C.]* . . . *possidere.* 4. a Servianis aliena: *Et te m.]* . . . *tremit.* 5. a Servianis aliena: *Auctorem f.]* . . . *auctor.* Respondent autem brevis exp. Servianis in scholiis Bern. haec: 1. *Tuque]* . . . *per* (*post* Hag.) *interitum.* 2. *si maximum est deum fieri* et *Incertum est] quem deum esse te velis.* 3. *utrum caeli an maris vel terrae possideas imperium.*

Praeterea satis certa Galli commenti indicia etiam deprehendisse mihi videor in iis quae in brevi exp. p. 193—198, 12 proposita sunt. Haec enim si diligentius perlegeris ex tribus diversorum georgicon commentariorum praefationibus petita esse facile tibi persuadebis: prima praefatio legitur p. 193—195, 9 (= Serv.), altera p. 195, 10 —197, 10, tertia p. 197, 11—198, 12. Atqui statim suspiceris has esse praefationes (vel certe earum partes) illorum trium commentariorum, quibus scholiorum Bern. epitomator usus est: quae suspicio egregie ipsis scholiis Bern. conprobatur, ubi illa brevis expos. prima et tertia praefatio etiamnum legitur; mediam illam in scholiis Bern. librariorum neglegentia interceptam verisimile, immo certum esse concedes, si librarios memineris in scholiis in breve contrahendis

saepius id egisse, ut media quaeque omitterent (cf. ge. I 242; 396). Accedit etiam aliud quid: *Hucusque Junilius* illud primae praefationi adiectum neque ad antecedentia — nam ea sunt Serviana — neque ad sequentia — nam iis iam subscripta sunt *Hucusque hic tractatus* — pertinere potest. Videtur igitur illud Junilii nomen unum reliquum esse ex media brevis expos. praefatione. Itaque prima praefatio Gaudentio, altera Junilio[1]), tertia Gallo vindicanda erit. Mediam autem si Junilio recte tribui, is, cum p. 196, 4 legantur *Ut in Aeneade est, uti diximus,* in omnia Vergilii carmina commentarios scripsisse putandus est et ita quidem, ut primum Aeneidem, tum Bucolica et Georgica exponeret, quo interpretandi ordine etiam Servium usum esse constat.

His ex omnibus, quae adhuc de scholiorum Bern. et brevis exp. inter se rationibus exposuimus, certissime apparere videtur, utramque scholiorum collectionem redire ad eundem, quo quidem Junilii, Gaudentii (= Servii) Gallique copiae contaminatae erant, commentarium; vel ut aliter dicam brevem expositionem derivatam esse ex scholiis Bernensibus, cum ea essent multo emendatiora et copiosiora quam nunc sunt, dedita opera nominibus illis grammaticorum omissis. Possunt igitur scholiorum Bern. truncata Juniliana brevis exp. copiis non solum interdum suppleri sed etiam integris scholiis amplificari. Etenim est manifestum multa a Servianis aliena in scholiis Bern. prorsus deficientia ad Junilium (et nonulla in primo georgicon libro etiam ad Gallum) revocanda esse. Quae tamen omnia nolim Junilio adiudices. Neque enim dubitari potest, quin brevis expositionis copiis aliunde non nulla inserta sint, — veluti cf. quae Hagenus ge. I 2; 221; uncis circumscripsit — quamquam ex locis qui sunt ge. I 1; 466 de ea re nihil probatur. Nam quod ge. I 1 brevis exp. Serviana *Quid faciat l. s.]* . . . *vocatur* eandem exhibent corruptelam quam Serviani codices AVM, scilicet *sentibus,* scholiorum Bern. cum Servianis codicibus PL *ensibus,* id inde explicare licet epitomatorem eius, unde pendent scholia Bern. et brevis exp. libri, cum primum praeter Junilianum et Gaudentianum commentarium et Gallanum, quem probabiliter Mommsenus pleniorem Serviani commenti recensionem esse contendit, adhiberet perfacile, praesertim initio operis sui eadem Serviana, altera ex Gaudentii, altera ex Galli Serviani commenti exemplari in suum transscribere potuisse, ita ut hoc loco statuendum sit illius scholiorum compila-

1) Praeterea Iunilianae praefationis frustum idque misere excerptum in scholiis Bern. exstat p. 842, 7—11. Qua nimirum re non impedimur, quominus illas brevis exp. copias eidem Iunilio adiudicemus.

tionis alterum Servianum aetatem tulisse in brevi exp., alterum in scholiis Bernensibus. — Quod autem ge. I 466 scholiorum Bernensium frustum Servianum *In gratiam Augusti . . . ad noctem.* unice rectum exhibet *iduum Martii* pro omnium et Servianorum et brevis expositionis codicum *iduum Maiarum*, scholii Bernensis lectio ad coniecturam nescio cuius librarii referenda est, cum Servius ipse scripsisse videatur *iduum Maiarum*, quod quidem et in prooemio buc. p. 2, 26 legitur.

Sed ut redeam ad illud, quod supra contendi brevem expositionem derivatam esse ex scholiis Bernensibus iisque multo et plenioribus et sanioribus quam quae nunc exhibentur scholiorum Bernensium optimo codice, Bernensi 172, ne quis dicat non esse veri simile tantam fecisse scholiorum farraginem nostram iacturam, moneo codicem Bernensem 172 prae illo libro, unde brevem expositionem fluxisse dixi, non magis esse decurtatum quam codicem Leidensem F 79 prae codice Bernensi 172. Quin etiam illum quoque librum, cui brevis expositionis auctor sua desumpsit, certe aliquantulum distare a primaria scholiorum forma, qualia primus ut ita dicam epitomator comportavit non desunt indicia. Nam communes brevis expositionis et scholiorum Bernensium quas supra commemoravi corruptelas ut verisimile est omnes non esse commissas ab ipso congregatore, ita de duabus ex illis id confidentissime me negare posse existimo, dico menda ad ge. I 218 et 270. Illo enim loco interceptum Nigidii testimonium exstat etiam suo loco motum in brevi expositione p. 240, 10: ⟨*oritur*⟩ *cum Cancro, in culmen venit cum Geminis, occidit cum Tauro* — nam haec Nigidii verba esse conlato Servio qui dicitur aucto Hagenus recte vidit — neque habebat excerptor cur Nigidii verba sua a sede sevocaret. Est igitur ea culpa librariis tribuenda. Altero loco (ge. I 270) supra monui brevis expositionis adnotationem ex depravata, qualis est in scholiis Bernensibus esse excerptam. Scholii Bernensis autem corruptelam non ad epitomatorem sed ad librarios reiciendam esse facile intellegitur ex iis quae supra de hoc loco protuli. Atqui postquam ita probavimus scholiorum Bernensium librum, quo usus est brevis expositionis scriptor nonnulla passum esse librariorum neglegentia, e. g. et illa Serviana vel medio enuntiato, interrupta vel omnino ineptissime excerpta, quae interdum supra communia utrique scholiorum farragini deprehendimus sevocanda erunt ab ipso epitomatore illo primo, quippe quem aliqua certe doctrina instructum fingamus necesse sit. Quae si recte statui quattuor scholiorum Bernensium quasi memoriae gradus distinguere licet:[1]) 1. integrum epitomatoris exemplar; 2. exemplar, unde brevis expositionis auctor sua hausit; 3. codex Bernensis 172; 4. codex Leidensis F 79.

Inde autem quod primarium illud exemplar gradatim quasi usque ad miseram istam codicis Leidensis formam deductum est facile conicitur esse illud sescenties descriptum ideoque fructum olim apud octavi nonique saeculi homines magna auctoritate. Quo fortasse etiam illud est revocandum, quod eius ipsius copiis usus nescioquis novum quasi compilavit commentarium subscriptionibus dedita opera omissis.

Iam transimus ad scholia Bernensia ad bucolica pertinentia explanationesque Filargirii. Ex iis quae Filargirii sint admodum difficile est ad diiudicandum. Proferuntur enim iisdem in scholiis Bernensibus et explanationibus eaedem interdum copiae quales nullo modo possunt Filargirio adiudicari. Miram istam necessitudinem iam Thilo animadvertit: quam tamen qua ratione vir doctissimus ille explicare conatus sit probari non potest. Exponit autem de ea Wagnerum secutus (de Phil. II 15) his verbis usus (l. s. s. p. 133): (Das wahrscheinlichste also ist, dass unter den Büchern, welche zur Zeit des Erzbischofs Theodor von Canterbury und des Abts Adrian im 7. Jahrhundert aus Italien nach Britannien kamen, auch die vollständigen Kommentare des Junius Filargirius, des Gaudentius und Titus Gallus waren. Ein Lehrer, vielleicht der genannte Adananus, benutzte diese bei der Erklärung des Vergil in der Weise, dass er das für seinen Zuhörerkreis brauchbare aus ihnen excerpierte — wobei manche gelehrte Bemerkung verloren gegangen sein mag — aber auch manches, was er für seine Schüler nötig erachtete und nicht in jenen Kommentaren fand, aus seinen eigenen Kenntnissen und Anschauungen zufügte. Um von seinen Bemerkungen die der Scholiasten zu unterscheiden, fügte er diesen allemal den Namen der Verfasser zu, also Gaudentius dicit, Junius Filargirius dicit.) Von den Zuhörern nun schrieben einige nur die aus Filargirius exzerpierten Anmerkungen mit grösserer oder geringerer Treue nach, ohne jedoch die Zusätze ihres Lehrers, namentlich die Rekapitulationen des zu einem Verse gesagten, unbemerkt zu lassen. Durch diese Annahme

1) Sunt igitur infinitae scholiorum Bernensium corruptelae interpretationumque interdum immutationes, quales maxime in Servianis animadvertere potuimus, segregandae ab ipso epitomatore; immo is simpliciter exscripsit Servianum commentum magna, Iunilianum maiore etiam ex parte, siquidem fidem habemus illis *Haec omnia de commentariis Romanorum congregavi . . . . et maxime Iunilii Flagrii* et singularum subscriptionum numero.

werden sowol die Wiederholungen, welche sich zuweilen im Laurentianus finden, erklärt als auch gezeigt, wie leicht einmal ein fremdes Scholion unter die des Filargirius kommen konnte. Andere Zuhörer, haben den ganzen Vortrag mehr oder minder ausführlich nachgeschrieben, aber nur zuweilen die benutzten Scholiasten namhaft gemacht. Diese Hefte wurden aufbewahrt und kamen zur Zeit Karls des Grossen, als man aus Britannien sich Bücher holen musste, nach Deutschland und Frankreich, wo sie durch Abschriften vervielfältigt wurden. Von solchen Abschriften sind uns erhalten Laurentianus, Parisinus, Vossianus und die beiden Bernenses. (Der in den beiden erstgenannten Handschriften dem Filargirius zugeschriebene Kommentar würde also zum grössten Teil diesem allerdings gehören, jedoch erstens mit Zusätzen des Lehrers — dahin rechne ich namentlich die christlichen Erklärungen —, dann auch mit einzelnen wenigen Scholien anderer z. B. des Gaudentius und Servius versetzt sein).

Huic sententiae ut taceam de aliis quae refragari videntur, unde est repetendum illud quod, ut idem Thilo affirmat (p. 127), Laurentianus und Bernensis einige auffallende Corruptelen gemeinsam haben? Quae quales sint ut perspicias non nullas proponam: ecl. I 11 — *Totis] prosperis* (?) — ecl. I 54 — (scholia) B(ernensia) v. 55 *rorem florem aptum depasta depascere. (Rorem depasta] florem aptum depascere* Hag.*)*; Bernensis scholii unum frustum est in e(xplanatione) I: *Depasta] idest depascere,* alterum in e(xplanatione) II: *⟨rorem⟩ idest florem aptum.* — ecl. III 64 — *Malo] idest omni hora.* (*carmine* coniecit Hag. in B.) — ecl. VI 64 — Phaethontis fabula falso v. 64 nomini *Gallum* adscripta est — ecl. VII 29/30 —:

B.: *parvus Mycon puer eius vel Diana velut Iunilius dicit pauper dn̄s* (= dominus) *in oratione parvi* . . . . . cod.	e. I (cf. e. II) *parvus idest puer Mycon idest Diana vel pauper dominus in oratione parvi* . . . . . cod.

ecl. VII 33 — B.: e. I. *Et haec te] sufficit vel debet* (*decet* Hag.) — ecl. VIII praef.: —

B.: *hoc genus carminis cenon vel micton dicunt. haec ecloga parmacies (per — C) appellatur. nam duae personae* . . . . . *amissam querit* cod.	e. I = e. II . . . . . *hoc genus carminis cenon vel micton dicitur. haec ecloga farmacies appellatur. nam duae personae* . . . . . *amissam querit (quaerit* P*)* cod.

ecl. VIII 56 —: B.: e. I *sic et fineus* (?) — Nonnullos locos corrigere conatus sum: ecl. IV 8 e. I *Tu] idest Diana. Nascenti] idest febe*

(sic). *Puero] idest Salonino* . . . Illud *febe* suspicor glossema esse olim supra *Diana* scriptum, ita ut legas: *Tu] idest Diana. Nascenti [idest Phoebe] puero] idest Salonino.* . . Quod si recte conieci, est et in scholiis Bernensibus *Phoebo vel* secludendum.

ecl. VI 18 B.: *Ambo] pro ambos, hos ambo. Sic et Homerus.*	e. I: *Ambo] idest hos ambos. Sic ostendit et Homerus.*

In his scholiis quid nomen Homeri sibi velit nemo intellegit. Atque Wagnerus quidem quae protulit de hoc loco (de Phil. II 14) a verisimili abhorrere Hagenus praef. p. 716 recte iudicavit. Sed is ipse quae ibid. proponit non maiorem probabilitatis speciem habere videntur. Namque satis audacter fretus testimonio Charisii tradentis Verrium putasse *hos ambo* dici debere reponi nomen Verrii vult pro Homeri. Equidem suspicer et in scholl. Bernn. pro *hos ambo* cum e. I *hos ambos* scribendum et *Sic et Homerus* vel *Sic ostendit et Homerus* illa omnino sevocanda esse a scholio ad *ambo* adscripto: reliquiae esse videntur adnotationis qua illustrata erant Vergilii verba:

aggressi — nam saepe senex spe carminis ambo
luserat — iniciunt ipsis ex vincula sertis.

Quali in adnotatione mentionem fieri potuisse Homeri quem Menelaum constat cogentem fecisse Proteum res futuras canere (δ) perquam est probabile.[1])

ecl. VI 61 e. I p. 119, 4 sqq. *Atalante cum omnes viros cursu praeiret et sponsione luderet [mala aurea proiciens, dum ea colligerentur excursus faciebat atque] concubitus virorum fugiebat,*	B.: *Tum canit H.] idest Atalante cum omnes viros cursu praeiret et [mala aurea] luderet* *[et] ita concubitus virorum fugiebat;* . . . . . .

quae seclusi falso illuc intrusa, *mala aurea* scholl. Bernn. frustum esse explanationis verborum *mala . . . faciebat,* in scholl. Bernn. intercidisse *sponsione* est manifestum. Iam perlustres haec:

1) Quod ibid. Hag. suspicatur et in scholiis ecl. VIII 30 et ge. I 18 Verrii nomen pro Homeri reponendum esse, id certe abiciendum est. Nam satis superque notum est apud scholiastas saepius tribui auctoribus (praesertim Homero) ab illis prorsus aliena; cf. Ed. Schwartz in ann. philoll. supplementis XII p. 438 sqq.; R. Klotz, animadversiones ad veteres Vergilii interpretes Treptow a/R 1893 p. 7 sqq.; Thilo Serv. I praef. p. XXXI. — Cf. etiam Serv. ge. I 378; ubi quae Servius tamquam Ovidiana enarrat, apud Ovidium frustra quaeras. Hagenus in brevi exp. ad h. l. temere adnotavit: Ovidius] Met. VI 340—382.

e. I p. 119, 14 sqq.	B.:
Atalante Schoenei filiam (sic) *cursus certamine cum in ipsa contentione ter singula missorum victa ideoque praemii nomine accepit eam coniugem Hippomenes.*	*Atalante Schoenei filia cursus certamine* *ter-misurum vicit.*

Quos locos corruptissimos Hagenus neque in scholl. Bernn. neque in e. I feliciter sanavit. Scribit enim pro *ter singula missorum* et *termisurum: ter singulos viros* et *tres viros* nisus Myth. Vat. I 39: *adeo ut tres sponsos provocatos ac victos occiderit.* Sed illud *tres*, si quid video, ut ex dittographia antecedentis *ut* (= III) ortum delendum est. Atque deest *tres* etiam apud Servium Aen. III 113, unde Mythographi fabulam exscriptam esse ex R. Schulzii dissertatione quae est de Mythographi Vaticani primi fontibus (p. 29) didici. At recte Hagenus post explanationis *victa* lacunam statuit. Quid? expleturne fortasse haec lacuna iis, quae supra seclusimus? Quod sane putarim, modo sic illa inseramus: *Atalante Schoenei filiam cursus certamine cum in ipsa contentione ter singula ⟨mala aurea proiciens dum ea colligerentur excursus faciebat⟩ missorum victa.* Hoc ex monstro aliquem sensum extricare me posse arbitror scribendo pro *Atalante: Atalante⟨n⟩*, pro *missorum* vel *misurum*: *miratam* (cf. scholl. Bernn. ad h. v.: *dum mala aurea ab Hippomene iactata, admirata colligit*), recipiendo pro explanationis *victa* ex scholl. Bernn. *vicit*, eiciendo *cum* et *Hippomenes* coniungendoque nostrum pannum cum iis quae sunt p. 118, 15—119, 3, ita ut existat scholion hoc: *Hesperidum miratam] idest Hesperides Atlantis filiae, quae patris hortum trans Oceanum, in quo mala aurea erant, custodierunt. Unde Hippomenes, Megari filius, tria a Venere accepit ⟨et⟩ Atalante⟨n⟩ Schoenei filiam cursus certamine, [cum] in ipsa contentione ter singula ⟨mala aurea proiciens — dum ea colligerentur, excursus faciebat —⟩ miratam vicit ideoque praemii nomine accepit eam coniugem [Hippomenes].* Cum his cf. Serviana Aen. III 113 ... *postea Hippomenes Venerem ut sibi adesset rogavit: a qua cum accepisset de horto Hesperidum tria mala aurea, provocavit puellam ad cursum et singula coepit iacere. tunc Atalante, cupiditate colligendorum malorum retenta, superata est...*

Ecl. VI 65 B.: *Aonas] alii leguntur codices habentes corusas idest novem Musas, alii Boeotiae montes Helicona et Cithaerona Musis consecratos vel Aonas] nymphas in monte Boeotiae venientes* codd. Si omittimus illa *alii leguntur codices habentes corusas,* reliqua sana

esse videntur, dummodo leniter corrigentes sic scribamus: *Aonas ⟨in montes⟩] [alii codices leguntur habentes corusas] idest novem Musas. Alii Boeotiae montes Helicona et Cithaerona, Musis consecratos; vel Aonas in montes] Nymphas in monti⟨bus⟩ Boeotiae viventes* (sic recte Muellerus). Cuius scholii ni fallor prima et tertia parte exponitur Gallum ab una sororum ductum esse *Aonas in montes,* videlicet ad novem Musas vel ad Nymphas in Aoniis idest Boeotiae montibus viventes, altera *Aonas montis* intellegendos esse Cithaerona et Helicona. — Bernensis scholii in e. I nihil habes nisi *Aonas] Nymphas Boeotiae venientes ut amail (= ut alii aiunt?);* quod emendes exemplo Bernensis modo restituti scholii. — Sed quid de illis *alii... corusas* sentiendum? Moneo in Bernensibus et maxime in Servianis scholiis sescenties dicendi formulam occurrere *alii legunt, quidam legunt,* quam formulam sequitur varians scriptura. Ergo sub *codices* variantem lectionem subesse suspicer, quae quidem spectat ad v. 63 *corticis*: legas igitur *alii legunt 'codicis' † habentes corusas. Habentes corusas* hoc eiusdem versus depravatum scholii frustum esse videtur.

Has proposuisse sufficiat communes corruptelas: quae ex Thilonis sententia nulla possunt ratione explicari: nonne abhorret ab omni probabilitate, quod statuamus Thilonem secuti necesse est aut diversos discipulos sana magistri verba eundem in modum corrupisse aut omnes discipulos ex magistri ore excepisse eadem verba depravatissima?

Quod cum ita sit, de integro est inquirendum qua re explicetur magnus inter scholia Bernensia et explanationes consensus. Quod tamen apte fieri non potest, nisi antea quae rationes inter explanationes ipsas earumque archetypum intercedant investigavimus. De ea sane re iam Thomas (l. s. s. p. 284) breviter disputavit his verbis: La scolie Egl., III, 90 nous fait connaître l'auteur de nos extraits: — Explanatio *A*: de Mevio nihil reperuit Adannanus ait. — Explanatio *B*: de Mevio vero (v°) nihil repperi. La comparaison de ces deux textes nous prouve d'abord que les Explanationes *B* ont précédé les Explanationes *A*; ensuite que ces extraits de Philargyrius avaient été faits à l'origine par Adannanus, puis souvent copiés, probablement en s'altérant de plus en plus. Les Explanationes *A* représentent pour nous l'une de ces copies; elles ont été faites sur les Explanationes *B* et sont l'œuvre d'un anonyme. Quoique plus longues, elles ont par là bien moins de valeur. Cette distinction est confirmée par la place qu'occupent les Explanationes *B* dans le Paris. 11308, et par quelques autres indices. Ainsi la suscription des Explanationes *B* est plus simple et plus complète. Les interpolations chrétiennes (Egl., II, 45, nympharum apud gentiles varia sunt vocabula), certaines

scolies douteuses (sur les Sibylles, Egl., IV 4, Rh. M., XV, p. 120) les citations incorrectes (Plaute et Cicéron, Egl., II, 63 ne se trouvent que dans les Explanationes *A*. Disputationi huic subscribere possum nullo modo. Atque primum Thomasius parum caute Adannanum auctorem esse vult excerptorum, cum etiam in scholl. Bernn., si non iam ipsum eius nomen, at certe *de Maevio nihil repperi* illa legantur. Deinde non intellego, quomodo ex *la comparaison de ces deux textes* (scil. *de Mevio nihil reperuit* — *reperi ut* iam Thilo recte legit Mus. rhen. XV 132 — *Adannanus ait* et *de Mevio vero nihil repperi*) concludi possit, *que les Explanationes B ont précédé les Explanationes A:* si omnino ex illis aliquid certi colligere licet, potius contrarium erat statuendum. Tum neque maioris vis sunt reliqua argumenta quibus evicit explanationem *A* factam esse *sur les Explanationes B.* Nam quod contendit quaedam interpretamenta christiana dubiaque sola inveniri in e. I, talia — ut mittam persaepe communia esse utrique explanationi — obviam fieri moneo et sola in e. II (e. g. cf. ecl. I 5; IV 14 = p. 79, 1 etc.). Quo autem nisus Thomasius dixerit *les citations incorrectes (Plaute et Cicéron Egl., II, 63)* una in e. I exstare equidem nescio — nam exstant hi loci utrubique pari fere modo depravati — neque cur sibi persuaserit expl. *A* minoris esse pretii quam expl. *B*: immo e. I maioris est pretii quam e. II: nam satis multa eaque doctissima scholia etsi plerumque corrupta sola habes in e. I; e. g. cf. ad ecl. I 57; 58; 65; 67 etc. Denique nemo concedet aliquid certi effici inde quod e. II in cod. P priorem obtinet locum et *la suscription des Explanationes B est plus simple et plus complète.*

Aliter igitur atque Thomasio visa est res sese habere videtur. Atque explanationes cum inter se contendimus scholiorum maiorem partem iis communem esse intellegimus, quorum quidem rursus longe plurima exstant etiam in scholl. Bernn. Sunt autem vel utrique explanationi communia ita comparata, ut — etsi est eorum forma interdum plenior et emendatior modo in e. I modo in e. II — ex eodem Filargirii exemplari iam satis corrupto, turbato alienisque interpolato fluxisse putanda sint; quod exemplo VI. eclogae ostendere placet.

Ecl. VI (expl.) I praef. *Faunorum . . . postulaverunt* : (expl.) II 1 *Faunorum rel.] . . . videntur* : B. praef.* *In hac ecloga . . . qui amici Vergilii erant?* Cf. etiam *Faunorum] antiqua . . . postulaverunt.* — V. 1 I *Prima S.] . . . erat.* : II : B. *Syracusae] urbs . . . Bucolicon fuit.* — V. 2 I *Thalia] idest nomen Musae* : II *Thalia] idest Musae* ⟨*proprium*⟩; *proprium pro appellativo posuit.* : B. *Thalia] nomen*

proprium Musae; cf. v. 1 *proprium pro appellativo posuit.* (Illa *proprium pro appellativo posuit* suo loco exstare in e. II, non in scholl. Bernn. monuisse opinor sat est.) — V. 3 I *Cum c. r.] . . . velle ante* : II : B. *Cum c. et rel.] . . . in honorem regum Romanorum.* — I *Cynthius] . . . scribere* : II : B. . . . *et proposito omisso . . . carmina scripsit.* et *Cynthius] Apollo . . . vult intellegi.* — V. 5 I . . . *tenue et iucundum* : II : B. *Deductum] subtile tenue iucundum* (*ieiunum* Hag.). — V. 6 I *Nunc ego] . . . oportet* : II : B. — I *Super tibi e.] idest abundabunt.* : II : B. *Erunt] habundabunt.* — V. 7 I : II *Vare tuas rel.] . . . adulatus est* : B. *Vare] quia Varus . . . Vergilius adolatur.* — V. 8 I : II : B. — V. 9 I : II : B. — v. 11 I : II : B. *Te nemus] . . . resonabit.* — V. 13 I : II : B. *Pergite] dicite, perseverate.* — I *Aliter: Chromis e. M.] . . . velimus.* : II : B. *Chromis et M.] Silenorum . . . accipere debemus.* — V. 14 I : II : B. — V. 15 I *Iaccho] idest Iacchus Liber Pater † eius* : II *Iaccho] idest Libero patrius* (sic P = *patre eius*) : B. *vel Iacchus Liber pater dicitur.* (Fortasse illud *eius* additamentum est alicuius nescientis *Pater* esse quasi nomen proprium Liberi.) — V. 17 I *Attrita] . . . splendens.* : II *Ansa a.] . . . adtrita* : B. *Attrita] ex usu tenendi splendens.* — I *vas, in quo datur merum.* : II *Cantharus] . . . custoditur,* : B. *Cantharus] vas non grande, quo merum datur.* — V. 20 I *Intervenit* (*interveniente* cod.) *Ae.] idest una Nympharum.* : II *Aegle] idest una de Nymphis.* : B. *Intervenit (intervenientes* B.*) Aegle] una Nympharum.* — V. 24 I *Satis est] sufficit* : II : B. — I *Videri] . . . ad poenam.* : II *Potuisse v.] idest me ligatum et vilem (= levem) a vobis videri* ⟨*ad poenam*⟩. (Sic P) : B. *Satis est p. v.] . . . videri.* (*Ad poenam* post *videri* transponendum est in B.) — V. 25 I : II v. 26 : B. v. 26 *Carmina v. h. a. m. e.] . . . significat.* — V. 26 I : II : B. *Huic] idest mulieri.* — V. 27 I *Faunos] idest deos pastorales.* : II : B. *Faunos] deos pastorales.* — V. 29 I *Nec t. P.] . . . Sileni cantum.* : II : B. — V. 30 I *Rhodope] . . . Thraciae* : II : B. *Rhodope et Ismarus] montes Thraciae.* — I *Et Ismarus] . . . Patri.* : II : B. — V. 31 I *Per inane] . . . forma erant.* : II : B. *Per inane] vel chaos magnum dicit . . . in quo omnia confusionem habebant et sine forma erant.* — V. 33 I : II : B. v. 37 *Sol, stellae, luna, fulgura.* (Haec interpretamenta glossema esse videntur vocis *sideribus* Bernensis scholii v. 33: *Liquidi ignis] speciem caeli, quae in sideribus est.*) — V. 35 I *Durare] . . . separare* : II : B. *vel durare] durum fieri* et *Discludere] terram a mari separare.* — V. 38 I : II : B. — V. 41 I *Pyrrhae] . . . Terrae* : II : B. . . . *cum Pyrrha, dea Terrae vel filia Terrae factum est* . . . — I . . . *quos Pyrrha . . . Deucalione et Pyrrha* : II *Lapides iactos] . . . et*

feminae : B. — V. 42 I *Caucaseas] idest Caucasias, idest mons Armeniae vel Scythiae, [in quo Prometheo adligato iecur vultur exedit vel † resedet] ⟨ubi Prometheus⟩ ab avibus alligatus.* * : II : B. *Caucasus mons Armeniae* etc. — Huius scholii etiam sunt quae in e. I et II leguntur p. 115, 11—17. Scholion explanationis I lin. 6—9 conformavi exemplo explanationis II scholii. Quae uncis circumscripsi frustum esse videntur scholii quale est in scholl. Bernn. : *Promethei] Prometheus* etc. Illud *resedet* nihil est nisi varians scriptura pro *exedit* (vultur ⟨r⟩ e$\overset{s}{x}$edet); cf. p. 291, 3 *inplent vel inplicant*, alia. — V. 43 I : II : B. *Hylan] filius Thiodamantis . . . adamatum atque raptum.* — V. 46 I *Pasiphaen] idest proprium* (cf. v. 43)*; mulier ⟨Mino⟩is [regina] regis . . . natus est* : II : B. *Pasiphaen] Pasiphae . . . bovi genuit.* *⟨Mino⟩ is* scribendum esse indicat ipsa res doceturque insuper e. II. — V. 47 I *A] idest o.* ; II : B. — I *Virgo] . . . dicebant.* : II p. 117, 14/15 : B. — V. 48 I *Proetides] . . . petierunt* : II : B. — V. 56 I *Dictaee] . . . Nymphae* : II : B. — V. 60 I *Gortynia] idest Cretensis civitas.* : II : B. — V. 61 I *Hesperidum] . . . a Venere accepit.* : II : B. *Tum c. H.] Hesperides . . . a Venere accepit.* — I p. 119, 14 *Atalante⟨n⟩, Schoenei filiam, . . .* : II p. 119, 1/2 : B. *item Atalante, Schoenei filia . . .* — V. 62 I *Phaethontiadas] . . . Phaethontis.* : II : B. (Miror, cur Hag. *Iliadas* non correxerit in *Heliadas* : eodem enim iure p. 118, 16 *Isperides* scribere potuit. — I *Muscus] herba . . . nascitur.* : II : B. *Musco] herba . . . bene olens.* — V. 63 I *Proceras] . . . rectas.* : II : B. *Proceras] altas sursum rectas* (sic B.) — V. 64 I *Errantem] idest amantem* : II : B. — I *Permessi] . . . Boeotiae* : II : B. *Permessi] Permessus fluvius Boeotiae.* — I *Gallum] . . . leguntur.* : II *vel Cornelius Gallus* : B. *allegorice Cornelium Gallum . . . leguntur.* — I *Gallum] filium Solis . . . mutatae sunt.* : II *. . . ac Cucnus . . . mutatae sunt.* : B. *Gallus] filius Solis . . . mutatae sunt* (cf. app. crit. v. 62). — V. 65 I *Una] idest Musarum* : II : B. *Una s.] idest una Nympharum.* — V. 66 I *Phoebo discipuli.* : II *Chorus omnis] idest Phoebi discipuli* : B. (Scholion e. I ex duobus contaminatum est: 1. *Adsurrexerit] honorem fecerit* = B. 2. *Chorus omnis] idest Phoebi discipuli.)* — V. 67 I *Linus] . . . Samathae.* : II : B. *Ut Linus] Linus . . . Psamathes filius.* — V. 70 I *Quos] idest dederant* : II : B. *Quos a. s.] subaudiendum 'dederant'.* — V. 72 I : II p. 125, 11—13 : B. — V. 78 I *Terei] idest proprium viri* : II : B. — V. 83 I : II : B. — V. 84 I *Ille] idest Silenus* : II : B. — I *Pulsae] . . . pulsatae* : II : B. *Pulsae] . . . audiebatur.* — V. 85 I *Cogere] idest concludere.* : II : B.

Exoritur iam quaestio quae fere illorum scholiorum una in explanatione I vel explanatione II propositorum eidem sint vindicanda e quo reliqua fluxerunt Filargirii exemplari. Qua de re satis facile iudicatur cum viderimus omnia fere utrique explanationi communia etiam exstare in scholl. Bernn. : itaque concludere cogimur, quae seorsum in alterutra explanatione legantur, siquidem inveniantur in scholl. Bernn., revocanda esse ad communem illarum archetypum. Et exstant longe plurima explanationis I et II propriorum in scholl. Bernn. : quod rursus VI. eclogae exemplo probare placet. Sunt autem uni explanationi I cum scholl. Bernn. communia haec: v. 1 *Prima] idest non quod . . . usus est.* Puta post *Syracusio versu* lacunam statuendam et pro *Syracusia* scribendum esse *Syracusio.* — V. 5 *Deductum] idest in oblivionem ductum renovare.* — V. 10. — V. 13 *Chromis et M.] . . . incipit.* : B. *. . . vel invocat Musas et sic incipit canere.* — V. 15 *vino ebrium* : B. *Iaccho] vino ebrium.* — V. 17 *Cantharus] idest cratera idest vas . . .* : B. *craterem (cantharum* Hag.*) dicit vas . . .* — V. 18 *Senex idest pro senes. Ambo] idest hos ambos. Sic ostendit et Homerus.* — V. 21 *Videnti]* idest *⟨videre⟩ incipienti vel vigilanti. Videre* ex scholl. Bernn. petivi. — V. 22 *Sanquineis] idest ⟨sanquineum⟩ color ⟨em habent⟩ibus.* Sic emendaudum cum scholl. Bernn. — V. 23. — V. 27 *In numerum] . . . mensuram.* : B. *. . . vel in versuum mensuram sive ad certam modulationem.* — V. 28. — V. 30 *ibi sunt motae silvae* : B. v. 28 *Motare c. q.] idest motatae sunt silvae.* — V. 31 *Coacta] idest collecta vel coniuncta* : B. *Coacta] collecta, coniuncta.* — *Aliter : canebat] . . . periturum ⟨putat⟩, . . .* — V. 32 *Semina] idest atomos.* : B. *Semina] . . . vel atomi.* — *Artifex sensus . . . dogmata retractantem,* : B. *Artificiose . . . Sileni retractantur.* — Quae in e. I lin. 11 sqq. *eademque* etc. habes, proprium sunt scholium, quod aliqua saltem ex parte sanatur, si transponimus sic : *Personam Sileni inducit disputare eadem [que] quae et locis suis et temporibus a philosophis sunt investigata; quem idciro* etc. Quocum scholio cf. scholl. Bernn. v. 31 *Namque canebat] inducit poeta Silenum ea, quae ab aliis investigata fuerant, tractantem.* — P. 112, 3 *Aliter* : . . . l. 5. *ignem,* : B. v. 31 *. . . sine forma erant, hoc est aerem aquam ignem terram, quattuor elementa naturae.* — P. 112, 5 *vel omnium . . .* l. 8 *enim fuit* : B. v. 31 *Inane] idest omnium rerum materiam . . . enim fuit.* — P. 112, 9 *saeculum . . .* l. 13 *omnium* : B. v. 34 *Mundi c. o.] . . . materie (matre* l.*) omnium.* — V. 34. — V. 35 *Nerea] . . . Neptuni.* — V. 36 *Ut coeperit] . . . non ante visum* : B. v. 37/38 (cf. app. crit.) *Altius et rel.] caelum enim quasi aqua congelata est*

aut primitus visum aut ante non visum. — *Sumere] . . . accipere.* — V. 37 : B. *Terrae s.] hoc est homines, qui in terris sunt.* — P. 113, 14 sqq. *Sine ordine posuit : ante enim Saturnia regna et sic* * * (hic est, ut scholl. Bernn. docent, lacuna statuenda; ex e. II inseras lemma *Lapides iactos*) : B. v. 41 *Saturnia regna] sine ordine posuit : ante enim Saturnia regna et sic (tunc* Hag.*)* '⟨*lapides*⟩ *Pyrrhae* ⟨*iactos*⟩' ⟨*et*⟩ '*furtumque Promethei*'. — V. 42 *in quo Prometheo adligato iecur vultur exedit [vel resedet].* Cf. quae supra de hoc loco protulimus. — V. 43 *Adiungit] idest canit.* — V. 44. — V. 46 *Nivei] idest . . . amore.* : B. *Nivei] candidi. . . . Amore] pro in amore.* — V. 51. — V. 52 : B. *A virgo] o uxor fortis.* — V. 53. – V. 55. — V. 56 *Claudite s.] idest ut inveniatur taurus* : B. v. 55. — V. 58. — V. 60 *Stabula] . . . Solis fiebant.* — P. 119, 4 *Atalante . . .* l. 12 *mala acceperat* : B. v. 61 *Tum c. H.] idest Atalante . . . a Venere accepit.* — V. 62 *Musco] . . . canit.* : B. *Circumdat] circumdatas et contextas musco canit.* — V. 65 *Aonas] . . . ut amail* : B. *Aonas] Nymphas . . . venientes.* — V. 66 *Chorus] idest honorem feceri[n]t.* — V. 67 *Alii dicunt huic hoc factum contigisse.* — V. 70 *Ille] idest Hesiodus* : B *Quibus i. s.] . . . vel Hesiodus.* — V. 71 *Rigidas] . . . solebat.* — P. 125, 14 et 125, 26, 27 : B. v. 76 *Dulichias] . . . mons Ithacae.* — V. 74 :B. *Fama] idest infamia . . . Junilius dicit.* — V. 77. — P. 126, 10 . . . *socios . . . incidit* : B. v. 77 *Est enim Scylla Forci filia,* ⟨*in*⟩ *quam Ulixis videtur incidisse (incedere* B.*)* — V. 85 *Referre] idest reducere vel recognoscere.* — V. 86. *Et invito processit] . . . voluptatem.* — Explanationis II propriorum leguntur haec in scholl. Bernn.: V. 7 *Condere] idest scribere.* : B. *Tuas condere] historias scribere Vari.* — V. 19. — V. 20 *Addit s. s.] . . . amicam.* : B. v. 17. — V. 32 : B.: *Animae] aeris.* — V. 66 *Viro] . . . Apollinis.* — V. 70 *Seni] idest Hesiodo* : B. *Ascraeo] Hesiodo.* — V. 74 *Quid Scyllam] . . .* p. 125, 6 *in scopulum convertit* : B. . . . *Virgilius dicit duas Scyllas esse, dicens* (v. 286) '*Scyllaeque biformes*'. *Una Nisi, altera Phorci, . . .* p. 804, 28 *in scopulum mutavit.* — V. 78 *Progne] . . . Thracum regis.* — V. 79. —

Vides omnia fere quae separatim in prima vel altera explanatione leguntur etiam exstare in scholl. Bernn. ideoque ad communem explanationum archetypum reicienda esse. Ad quem igitur postquam probavimus longe plurima utriusque expl. propriorum redire, illorum reliqua quoque, quae non sunt in scholl. Bernn. maxima ex parte probabiliter revocabimus ad eundem archetypum. Nonnulla tamen ab illo aliena esse consentaneum est.

Quo in numero inprimis ducam quae hic illic in prima vel altera

explanatione proponuntur ita comparata, ut facile a quovis medii aevi homine excogitari potuerint. Eodem num referenda sint quae in expl. I ex Isid. orig. lib. VIII et XII transcripta esse vidi —: ecl. II 46 = Isid. orig. VIII 11. 96. 97 (pro Isidorianis *camporum Hamadryades, fontium Naides, maris Nereides* habes in e. I *fontium Hamadryades, camporum Nereides (himides* L *imides* N *hinides* P *Meliades* (?) Hag.), *maris Naides);* ecl. IV 46 p. 86 *tria autem . . . implicata est.* et ecl. IV 46 (p. 81) et ecl. IV 47 = Isid. orig. VIII 11, 92, 93 (legas p. 82, 7 sqq. cum Isidoro *ordiatur (ordinat* codd.*), contexat* (*— it* codd.), *rumpat (erumpat* codd.*)*; ecl. IV 4 (= p. 75, 6 — 77, 15) = Isid. orig. VIII 8 (pro corrupto *dipsis* (p. 76, 1) est apud Isid. *de Persis,* post *manifestissime* (p. 77, 13), ubi Hag. lacunam indicavit, *comprobantur.);* ecl. IX 36 *olor est avis . . . . dicitur.* = Isid. orig. XII 7, 18. — dubius haereo. Nam et in e. II (ecl. III 8 *Hircus enim lascivum . . . Suetonium rel.*) nonnulla ex Isidori orig. XII 1, 14 translata sunt, quae exstant etiam in codice Bernensi 167 (C). Paucis ut complectamur, quae de explanationum rationibus assecuti videmur, omnia fere quae in utraque explanatione leguntur ad unum idemque Filargirii exemplar interpolatum iam depravatumque quam maxime potest sunt revocanda. Ad quod propius accedit modo expl. I, modo expl. II, saepius tamen e. I — nam ea est plerumque plenior quam e. II —. Iam apte quaeritur, quae intercedat ratio inter illum explanationum communem archetypum et scholia Bernensia. Antea tamen mihi liceat tractare non nullos, quos Hagenus aut omnino non vexavit aut falso correxit, locos corruptos et tales quidem maxime, qui scholl. Bernn. auxilio sanantur: simul his ex locis elucet summa vel inter ipsas explanationes vel inter has et scholia Bernensia necessitudo. Habeo autem locos hos: ecl. I 11 e. II Pro . . . *iussit dominos eorum habere pastores, unde viverent.* . . . legas cum scholl. Bernn. . . . *iussit dominos eorum habere partes, unde viverent.* — Ecl. I 30 Scholia explanationum ad h. v. eadem fere sunt atque illud in scholl. Bernn. ad *Galatea reliquit* (v. 31) adscriptum, si exceperis in e. I *donec in Gallia augmentum patrimonii paupertas premebat,* in e. II *Dum me Galatea idest donec me Gallia.* Secludas igitur haec verba sensum moleste interrumpentia tamquam aliunde illata. Atque explanationis I *augmentum patrimonii* esse expositionem ad *cura peculi* (v. 32) spectantem docet e. II v. 32: *Nec cura peculi] idest augmentum patrimonii.* Quod scholion quae sequuntur *paupertas eum premebat,* si transponimus eundem in locum, quo sunt illa in e. I, idest post *Gallia* et cum e. I *in* scribimus pro *me,* habemus sanum

scholion hoc: *Dum me Galatea] idest donec in Gallia paupertas eum premebat.* Vult nimirum scholion nostrum allegorice interpretari v. 31 verba *dum me Galatea tenebat.* — Ecl. I 47 e. I *Quamvis lapis] idest quamvis mons sit et lacus. Nam a monte usque ad lacum et inde usque ad arborem quandam fuerat terra donata tua (tuas* LN*) possessio* cod. Illud *tua possessio*, quod Hagenus integrum scholium esse voluit, post *lacus* retrudendum esse ostenditur codice Leidensi F 79 (p. 1001 H.) exhibente: *Quamvis lapis nudus] hoc est quamvis mons sit et lacus tua possessio. Nam a monte* etc. Pro *terra* autem Serviani codices RH unice rectum servaverunt *Arrio.* Legas igitur doctissimum scholium sic: *Quamvis] idest quamvis mons sit et lacus tua possessio; nam a monte usque ad lacum et inde usque ad arborem quandam fuerat Arrio donata.* — Quae sunt in e. II *Quamvis l.] idest quamvis mons saxeus sit* depravata esse ex *quamvis mons sit et lacus* apertum est. — Ecl. I 62 e. I Scholion ad *Tigris* adscriptum optime sese habet, si illud *tigres* (LN) vel *tygrius* (P) emendamus in *Tityrus.* Videlicet *Tityrus* idem est, quem Vergilius dicentem facit. Itaque mirum est, cur Wagnerus Bernense *Tityrus* temptarit (de Phil. II 10), Thilo explanationis *tigres* abiecerit, Hagenus in *Tigris* mutarit. — Ecl. II 20 Scholl. Bernn.: *Habundans] ostendit habundantiam ingenii sui; plurimi enim incitantur ad amorem voce forma divitiis.* Priorem huius scholii partem habes appositam in e. I v. 20: *Abundans] idest ingenii sui ostendit abundantiam* (= e. II) *plurimam* (= *plurimi enim*)*;* posteriorem v. 21: *Agnae] idest forma diviti⟨i⟩s incitantur ad amorem.* — Ecl. II 29 e. I *Humiles] idest quas credis sub terra esse, quae mapalia vocantur.* Hoc scholion ex tribus his Bernensibus est conflatum: *Humiles] sub terra. Humiles] quas humiles reris (*cf. v. 28). *Casas] quae mapalia dicuntur.* Similiter lemmata intercepta sunt ecl. III 14 e. I — ante *illo tempore* —; ecl. III 64 — ante *percussit;* cf. scholl. Bernn. —; ecl. VII 52 e. I — ante *multitudinem;* cf. scholl. Bernn. *Numerum] allegorice civium multitudinem* —. Ecl. II 35 Scholl. Bernn. *Amyntas] pastor nobilis, qui voluit carmen rusticum scribere, insulsum tamen scripsit et auctoritate pulsus est.* Quod scholion in explanationibus sic distractum est: e. I v. 35 = e. II: *Amyntas] idest pastor nobilis, qui voluit carmen rusticum scribere, insulsum:* v. 36 e. I (deest in e. II) *tantum* (= *tamen*) *scripsit et pulsus est auctoritate.* Haec quod antecedit *Ex cicuta* (= *excitata* scholl Bernn., pro quo Hag. coniecit *contexta* (!)) equidem non intellego, quid sibi velit. — Ecl. II 57 e. I *Si muneribus] idest poetae:* legas cum expl. II et scholl Bernn. *poe⟨ma⟩te* pro *poetae.*

— Ecl. II 67 Explanationis I scholion: *Et sol crescentis] idest iam tempus preces meas deficit veniente nocte* corruptum est ex hoc Bernensi: *Duplicat umbras] iam tempus preces meas finire; dies enim deficit veniente nocte nec ego finem amoris inveni.* — Ecl. III 3 Scholl. Bernn.: *Ovis pecus] omnia animalia excepto homine 'pecus' appellantur; hic ergo ut ostenderet, de quo loqueretur, addidit 'ovis'.* Cuius scholii exemplo scribas in e. I sic: *⟨Ovis pecus⟩] [et] omnia animalia pecora nuncupantur; hic ergo ut ostenderet, de quo loquebatur, addidit 'ovis' (ad auditores* cod., Hag.). Illud *et* quod seclusi additum videtur lemmate *ovis pecus* intercepto. — Ecl. III 40 e. I *Et quis f. a.] idest Eudoxum significat mathematicum, eundem philosophum, Platonis discipulum; ut quidam: Aratum. (aiunt* LN Hag.; *arant* P*)* cf. e. II, comm. Probi, scholia Veronensia ad h. l. Similiter in scholl. Bernn. legas: *Eudoxum pro edoctum, Arat⟨um⟩* pro *Arati.* — Ecl. III 52 Bernense scholion *Si quid habes] dic, propone quicquid velis, incipe dicere* in e. I est in duas partes distractum: una exstat p. 57, 29 *Habes] idest dic*, altera p. 58, 1 sqq. *propone, quidquid velis, incipe dicere.* Hagenus *incipe dicere* versui 58 attribuit, haud recte. Ne illud quidem, quod est post *delectamur* (v. 55), *incipe* frustulum videtur integri scholii, sed emendandum in *incip⟨ite dicer⟩e* (scholiorum Bernensium cod. B *incipere*) coniungendumque cum antecedentibus *quoniam suavi odore herbarum consedimus et delectamur.* — Ecl. III 111 e. I Hagenus pro: 'omis. 'non' schol. Bern.' rectius adnotasset contrarium: "'non' cum schol. Bern. delendum'. Ecl. IV 4 e. I p. 74, 13 sqq. *In Sibyllinis libris dicitur inventum, quando cum pellen (pelle* N Hag.*) Iovem regno et Apollinem regnaturum* cod. Hoc de loco corruptissimo id pro certo affirmare licet, latere sub *pellen* vel *pelle* verbum *pellere,* quod nimirum coniungendum est cum *regno.* Ceterum cf. scholl. Bernn. v. 10: *Iam r. A.] quia dixerunt Apollinem quandoque regnaturum.* — Praeteriens moneo in e. I p. 74, 4 *reiecta* corrigendum esse in *relicta*, quod est in e. II. — Ecl. IV 7 scholl. Bernn. *Caelo] a caelo:* e. I *Caelo] idest ab.:* e. II *Caelo] idest ut ulcanus (lucanas* N, Hag.*) ut Virgilius aestimat.* Si meminis sescenties permutari in codicibus a cum u facile tibi persuades in e. II quoque legendum esse *Caelo] idest a* (= e. I); quae reliqua sunt emenda sic: *Tu] Lucina* (v. 10), *ut Virgilius aestimat.* Videlicet interpres dicere vult Vergilium quidem Lucinam, sed Sibyllam re vera — nescioquam, fortasse Mariam, intellexisse. Cf. quae ad *nova progenies* h. v. adnotata sunt. — Ecl. IV 13 Scholl. Bernn. *Sceleris vestigia] proscriptiones Syllanae et Caesarianae, vel corpus liberatum a peccatis significat, quia tempore Augusti Salvator venit.*

Haec sunt rursus, id quod iam saepius animadvertimus, in e. I discerpta et quidem in *idest proscriptiones* (sic P) *Sullanae et Caesarianae* (v. 13) et *corpus nostrum liberabunt (= liberatum) a peccatis. Tempore enim Augusti Salvator venit* (v. 14). Eidem versui quae adscripta sunt *Solvent] idest homines* (= scholl. Bernn.) proprium interpretamentum sunt. — Explanationis II glossa *liberabunt,* quae casu sensu non caret, petita videtur ex eo scholio, quale est in e. I. — Ecl. V 27 e. I *Poenos] idest crudeles et feros.* (cf. scholl. Bernn.: *Poenos] crudelis);* e. I v. 29 . . . . *Inmanes enim et feros homines docuit ab Augusto domari.* (Cf. scholl. Bernn.: . . . *idest inmanes et feros homines docuit religione.)* His ex duabus adnotationibus illam ad *Poenos leones* explanationis II contaminatam esse apparet, ita ut scribas: v. 27 *Poenos leones] idest crudeles, feros.* v. 29 . . . *⟨feros⟩ atque inmites homines docuit**.* — Ecl. V 71 e. I *Novum] idest multum.:* scribas *mustum* pro *multum;* cf. Servium auctum: . . *alii novum mustum intellegunt.* — Ecl. VI 18 e. I *Carminis] idest promissionis:* scribendum: *⟨Spe⟩ carminis] idest promission⟨e carmin⟩is.* — Ecl. VIII 12 Scholl. Bernn. v. 11 *Accipe iussis c. c. t.] sic loquitur quasi a Pollione iussus sit ista scribere, quod factum non est; sed hic sensus est: 'accipe iussis c. c. t'. ut desit 'digne', hoc est: quia iusseris ab agris meis recedi, et ⟨ego⟩ haec in te carmina digne scribam.* Idem fere scholion est in e. I, si quidem, ut debemus, scribimus sic: *Carmina coepta tuis] idest [quod] sic intellegi debet 'accipe iussis c. c. t'. [idest] ut desit (utile sit* codd. Hag.*) 'digne' (digna v. 10* Hag.*) hoc est: cum iusseris* etc. — Ecl. VIII 30 e. I *Deserit] ergo inridet Mopsum post montem cursu intente,* cod. Huic scholio quale Hagenus edidit frustra sensum aliquem extricare conatus sum. Fortasse sic legendum: *Deserit] ergo [inridet Mopsum] post montem cursu⟨m⟩ intendi⟨t⟩* scil. Hesperus: quod scholium olim plenius fuisse suspicor et refutasse eos interpretes, qui v. 30 de oriente Hespero cogitarunt. (cf. scholl. Bernn. *vel tibi deserit] sicut alii volunt, oriendo.*) Quae autem uncis circumscripsi *invidet Mopsum* pertinere videntur ad v. 32 (cf. scholl. Bernn. *'O digno c. v.] per ironiam dicit hoc deridendo.*) Ecl. VIII 64 e. I *Molli] idest lana:* legas *lan⟨e⟩a* (= Serv. a.).

Sed subsistam, quamvis eiusmodi plura facile afferri possent: vereor ne iam longus fuerim abreptus studio corrigendi eos locos, ex quibus nullum capiamus fructum.

Ut veniamus nunc ad explicandum magnum — qualem supra exemplo VI. eclogae animadvertere potuisti — inter scholia Bernensia et explanationes consensum, illud imprimis tenendum est scholia

Bernensia compilata esse ex Gaudentii Iuniliique copiis. Si igitur in explanationibus inveniuntur eadem quae in scholiis Bernensibus probabiliter ad Gaudentium revocantur, facile suspicaris hanc scholl. Bernn. et explanationum necessitudinem eodem referendam quo illa quae inter scholl Bernn. et brevem expositionem intercedit. Et sane inveniuntur in explanationibus non solum plurima in scholl. Bernn. Gaudentio nominatim tributa, sed etiam eadem fere scholia e Servio transcripta, quae, ut videbimus, et in Bucolicis aliqua certe probabilitate ad eundem Gaudentium reducuntur. Iam omnia quae huc spectare videntur sub uno conspectu componere utile erit. Atque primum proponam quae explanationibus communia sunt cum illis quae in scholl. Bernn. Gaudentii nomine signata sunt:

Ecl. I 55 B. *Hyblaeis] Hybla mons in Sicilia vel locus in Attica, ubi mel optimum nascitur. Gaudentius dicit:* e. I v. 54 . . . . *vel locus in Attica, ubi optimum mel nascitur.:* e. II *Hyblaeis] idest mons in Sicilia, ubi optimum mel nascitur.* — Ecl. V 80 B. *Damnabis] devincies votis, reos facies, condemnabis et reos votorum facies, hoc est alios damnabis non sacrificantes, vel superabis alios deos sacrificiis tuis. Gaudentius dicit:* e. I *Damnabis] idest . . . reos facies, ut vota tua multi adorent.:* e. II *Damnabis] idest condemnabis et reos factorum (= votorum?) facies, si non reddant tibi vota.* — Ecl. VI 41 B. *Lapides P. i.] Deucalione Thessalo fugiente diluvium in montem Parnasum cum Pyrrha, ⟨dea⟩ Terrae vel filia Terrae, factum est, ut lapides iactarent in terram; lapides quos Deucalion iactavit, in masculos versi sunt, lapides vero, quos Pyrrha, in feminas. Hinc genus humanum. Vel hinc l. P. iactos] Gaudentius dicit. Themis, dea iustissima* etc.

Dea quod supplevi, explanationibus desumpsi, *hinc lapides Pyrrhae* lemma esse volui illudque *Gaudentius dicit* spectare ad sequentia *Themis dea iustissima . . . . homines nati sunt.* = e. I p. 113, 19 *Themis* . . . p. 114, 5 *homines.* — Alios locos quibus grammatici nomen initio scholii exstat, supra contuli —. Si tamen mavis Gaudentii nomen suo loco esse motum et ad prius potius scholion pertinere, habes de hoc quoque in e. I = e. II *Pyrrhae] idest Dea Terrae idest filia Terrae* et e. I p. 115, 1 *lapides autem* . . . l. 3 *transfigurati sunt.* — Ecl. VI 48 B.: e. I : e. II. — Ecl. VI 79 B.: *Quas illi P. d.] quod fecit Progne, hoc dicit Philomelam fecisse, licentia poetica ut Gaudentius ait*: e. II *Philomela] idest quod fecit Progne, hoc dicit Philomelam fecisse.* — Ecl. VII 37 B. *aliter: Allegorice de Gallia dicit quae dulcior est mihi substantiis nostris, vel dulcior melle Siculo. Gaudentius dicit* : e. I = e. II . . . *dulcior,*

inquit, Gallia melle Siculo (cf. Hag. adn.); praeterea cf. e. I 38 . . . *idest Gallia dulcior est facultatibus nostris.* — Duobus igitur tantum locis (ecl. VII 22, VIII 21) — nam Gaudentii scholion VII 37 *Mons in Sicilia . . . optimum.* trausscriptum videtur ex ecl. I 55 — Gaudentiana desunt in explanationibus.

Serviana autem explanationibus communia sunt cum scholl. Bernn. haec fere : ecl. I v. 10 B. *Ludere] scribere.* : e. I : e. II. — V. 15 B. (= Leid. F 79 p. 1000 H.) *Conixa] enixa.* : e. II : S. *Conixa] pro eo quod est 'enixa'.* — V. 16 B. *Laeva] stulta, contraria* : e. I *Non laeva] stulta, quae contraria fuerunt.* — V. 19 B. *Da] dic, sicute contrario 'accipe' audi.* : e. I 18 : S. 18 *Da] dic, sic econtra accipe nunc Danaum insidias, idest audi.* — V. 21 B. *Huic n.] urbi Mantuae* : e. II v. 20. — V. 24 B. *Componere] comparare* : e. I 23 : e. II 23 : S. p. 8, 19. — Servianus ad ecl. I 38—II 10 commentarius interiit. Schol. Bernense tamen quod est ecl. I 66 *Oaxen] fluvius Scythiae, creteum colorem habens, et in Creta non est, sed cretei coloris est aqua.*: e. I p. 27, 22 *vel Oaxis* . . . p. 28, 2 *coloris est.* Servii esse intellegitur ex Serv. ecl. II 24 . . . *hac ratione potest et Oaxes Cretae fluvius accipi, cum non sit ⟨Cretae⟩, sed ut diximus, Scythiae.* — Ecl. II v. 28 B. *Sordida r.] quae sordida existimas.* : e. I : e. II : S. p. 22, 29 *idest quae tu putas sordida.* — V. 36 B. *Disparibus] inaequalibus.* : e. I : S. *Disparibus s. c. c.] inaequalibus cannis.* — V. 42 B. *Siccant] . . . vel sugunt.* : e. I. — V. 50 B. *Mollia] tactu plumae.* : e. I : S. p. 26, 2 *'mollia' autem tactus plumei scilicet.* Explanationis scholion moneo valde esse turbatum : *rubei coloris* (cf. scholl. Bernn. *Luteola c.] lutei coloris.*) *et rubicunda* (cf. e. II et scholl. Bernn.) spectant ad lemma *luteola, tactu plumae* ad *mollia.* — B. *Pingit] componit.* : e. I : e. II : S. *Mollia l. p. v. c.] 'mollia v. p.' idest componit.* — V. 52 B. *Castaneasque n.] . . . 'cerea mala'.*: e. I : e. II.[1]) — Ecl. III v. 3 B. *Neaeram] nomen proprium amicae suae idest amicae communis.* : e. I : e. II. — V. 4 B. *Fovet] amplectitur.* : e. I. — V. 9 B. : *Risere] inde * (= indulsere?)* : e. II *Risere] idest indulsere.* : S. *ideo, inquit, indulserunt* . . . — B. *Sacello] diminutivum,*

1) Haec scholia quin re vera ex Servianis male excerpta sint equidem non dubito, quoniam quantopere scholiorum Bernensium Serviana depravata sint supra in Georgicon scholiis demonstravimus: quod in Georgicon, idem in Bucolicon scholia cadere patet. E. g. etiam ex Bucolicis commemoro ecl. IX 15 : S. . . . *augures enim designant spatia lituo et eis dant nomina, ut prima pars dicatur antica, posterior postica, item dextra et sinistra.* . . .: B. *Sinistra] quattuor genera augurii: antica postica sinistra dextra.* (!)

ut alii al . . .: e. I p. 51, 12 *In sacello] idest in sacro loco* = e. II p. 51, 15 : S. *Sacello] idest in loco sacro; nam diminutive dictum est.* — V. 15 B. *Aliqua] aliqua ratione.* : e. II. In e. I fortasse sic scribas : *Et s. n. a. n.] idest pro aliqua ⟨ratione⟩ [tempore].* Namque *tempore* ex antecedentibus inrepsisse videtur. — V. 20 B. *Carecta] carice saepta, ut carice pastus acuta (= Carecta] ⟨loca⟩ caricis [ae] pl⟨en⟩a ut* etc.?) : e. I *Carecta] corcib (= carice?) vel gergib vel aristas (= acuta?)* : S. *Post c. l.] loca caricis plena . . . alibi et carice pastus acuta.* — V. 30 B. *Mulctra] vas in quo mulgetur.* : e. I : e. II : S. p. 34, 25 . . . *'mulctrare' vas in quod mulgentur.* — V. 36 B. . . . *quia poetae 'insanire' dicuntur cantando.* : e. I *Insanire] idest poetae insani (insanire P) dicuntur.* : S. p. 35, 9 *nam insani dicuntur poetae.* — V. 88 B. *Gaudet] venisse* : e. I p. 64, 15 *venisse una tecum gaudet* : e. II p. 64, 13 : S. *subaudis venisse.* — V. 98 B. *Praeceperit] . . . praeoccupaverit.* ; e. I : e. II. — Ecl. IV v. 18 B. *Munuscula] apte diminutive, tamquam puero, munuscula dicit.* : e. I (cf. Hageni adnot.). — V. 25 B. *Vulgo] . . . passim* : e. I. — Ecl. V v. 1 B. *Boni] . . docti* : e. I (legas . . *docti periti[a] ad.* .) : S. *boni autem docti.* — V. 29 B. *Armenias] reliquias Liberi patris, quas Julius deduxit de Armenia ad Romam. Curru] pro currui* : e. I : e. II. — V. 71 B. *Calathis] calicibus* : e. I : S. . . *vina fundam calathis, idest calicibus,* . . . — v. 72 B. *Lyctius] Cretensis, a Lycto urbe Cretae.* : e. I : e. II p. 101, 13 sqq. — V. 73 B. *Saltantes] ad mobilitatem corporis pertinet.* : e. I : e. II : S. . . *nam cantus ad animum, saltatio ad mobilitatem pertinet corporis.* — Ecl. VI v. 5 B. . . *tenue* : e. I : e. II. — V. 6 B. *Erunt] habundabunt* : e. I : e. II : S. *Namque s. t. e.] superabundabunt* . . — V. 24 B. *Satis est] sufficit.* : e. I : e. II : S. . . *sufficit enim.* — V. 29 B. *Parnasia] Parnasus . . mons Thessaliae Apollini et Libero consecratus* : e. I. — V. 30 B. *Rhodope et Ismarus] montes Thraciae* : e. I : e. II. — V. 32 B. *Animae] aeris.* : e. II *Animae] idest aerem.* : S. *Animaeque] idest aeris* . . . — V. 58 B. *Errabunda] Homerus [stabula] errabunda aut errantis aut vagantis dixit, aut proprie, quoniam non in directum pedem tollunt idest felix pedibus* codd. *Stabula* tamquam ex v. 60 praereptum seclusi; reliqua contaminata videntur ex duobus, scil. Serviano alienoque, scholiis. Atque Servii sunt haec: *Errabunda] * Homerus dixit * idest felix (= flexis) pedibus ⟨incedentes⟩*, alieni scholii haec: *Errabunda] aut errantis aut vagantis, aut proprie, quoniam non in directum pedem tollunt:* hoc scholion, quamvis non sanum, tamen corrigere non ausim. — Similia habes in e. I Homeri nomine omisso. — V. 66 B. *Adsurrexerit] honorem fecerit* : e. I : S. . . . *honorem praebuerit.* — V. 76 B. *Dulichias] Ithacenses, a patria Ulixis, mons Ithacae.* : e. I.

Praeteriens moneo me suspicari *per tapinosim* illud post *mari* in scholl. Bernn. esse frustulum Servianorum horum: *'vexasse rates' autem per tapinosin dictum est; nam non vexavit, sed evertit....* — Ecl. VII v. 1 B. *Arguta] stridula .. canora* : e. II : S... *arguta autem modo canora, stridula ...* — V. 7 B. *Vir gregis] abusive dicitur spes gregis.* : e. I *Vir gregis] ... abusive dicitur spes gregis. Horatius uxorque olentis ⟨mariti⟩* : e. II : S. *Vir gregis] abusive; nam tantum hominum est : sic alibi ... item Horatius et olentis uxores mariti.* Cf. etiam v. 9 *Caper t. s. e. h.] aut quia in capro est spes haedorum.* — V. 38 B. *Hedera a.] 'alba' dicit quia est et nigra.* : e. I. — Ecl. VIII v. 13 B. *Serpere] idest humiliter vel molliter procedere.* : e. I : S.... *verecunde autem ait 'serpere', hoc est humiliter procedere.* — V. 22 B. *Argutum] stridulum* : e. I. — V. 39 B. *Alter] a duobus 'alter' pro 'secundo', ut sit tertius decimus annus* : e. I. — V. 43 B. *Nunc scio] hic definitionem amoris ponit.* : e. I 41 *Error] idest definitio amoris.* : S. v. 41. — V. 54 B. *Electra] gemmae sucinae.* : e. II. — V. 58 B. *Vivite] idest valete.* : e. I p. 157, 7 : e. II. p. 156, 6. — V. 69 B. *Vel] etiam.* : e. I. — V. 71 B. *Cantando rumpitur] dum ei carminibus ⟨in⟩cantatur.* : S. : e. I *Cantando] idest eo quod dum incantatur, carminibus incantatorum anguis rumpitur.* Puta hoc scholion conflatum esse ex duobus, quorum unum est: *Cantando] idest eo quod carminibus incantatorum anguis rumpitur,* alterum ⟨*Cantando*⟩*] dum* ⟨*ei*⟩ *incantatur.* (= Serv.). — V. 78 B. *Veneris dic v. n.] metro anapaestico in honorem Cupidinis consecrato.* (!) : e. I v. 77 : S. *Veneris d. v. n.] anapaesticus est trimeter hypercatalecticus. Hoc autem metrum est Cupidini consecratum.* — V. 82 B. *Bitumine] bitumen de fulgore nascitur,* : e. I : S.... *nam bitumen ex fulmine dicitur procreari.* — V. 92 B. *Limine in i.] sub limine depono, idest in loco sacro* : e. I. — V. 103 B. *Hoc dicitur Ciceroni ab uxore sua contigisse.* : e. I v. 105 : S. v. 105. — Ecl. IX v. 1 B. *Pedes] subauditur ducunt.* : e. I *Quo t. M. p.] idest [ad incedendum?] ducunt.* : e. II. — V. 16 B. *Nec tuus] amicus.* : e. I : e. II. — V. 43 *Inani] ... magni.* : e. I : e. II. — V. 52 B. *Longos c. s.] dies finire magnos.* : e. I : e. II. — v. 56 B. *Causando] causas diversas nectendo.* : e. I : e. II : S. *Causando] causas nectendo differs nostra desideria.* Patet in Bernensi et explanationum scholio postquam *nostra desideria* intercidit, *differs* in *diversas* abiisse. — V. 60 B. *Bianoris] ... dictus est* : e. I : e. II. — V. 65 B. *Fasce] onere* : e. I : e. II : S.. *nam fascem ait onus:* .. — Ecl. X v. 5 B. *Doris] mater nympharum* : e. I : e. II. — V. 10 B. *Naides] Nymphae fontium, si simpliciter; si proprie, Oreades; idest Nym-*

phae montium, : e. I *Naides] .. idest Nymphae fontium propriae, Oreades montium.* : e. II *Naides] idest fontium Nymphae* : S. *Saltus h. p. n.] naides nymphas simpliciter accipiamus: nam si proprie loqueretur, oreades diceret; naides enim fontium, oreades montium nymphae sunt.* Hoc loco egregie apparet, quantopere sint in his scholiis Serviana in breve contracta; Bernense enim scholion, licet misere sit excerptum tamen etiam nunc apertam prae se fert Servianam originem. At explanationum adnotationes nemo, nisi id probaretur Bernensi scholio, pro Servianis haberet: id monitum velim adversus eos qui mihi opponent quae adhuc scholiorum Bernensium et explanationum Serviana proposui magna ex parte ita esse comparata, ut non e Servio ipso fluxisse putanda sint. — V. 14 B. *Sola] deserta.* : e. I p. 179, 5 : e. II p. 179, 11. — V. 17 B. *Nec te p.] ... scribere* : e. I v. 16 : e. II v. 16. — V. 20 B. *Uvidus] pinguis sucus intrinsecus, unde 'uvae' dictae sunt.* : e. I. — V. 22 B. *Tua cura L.] inrisorie dicitur.* : e. I : e. II; ante *inrisorie* in explanationibus lemma periit. — V. 26 B. : e. I. — V. 28 B.. *Quasi expertus loquitur.* : e. I. — V. 31 B. *Tamen cantabitis] ... vestra cantilena.* : e. I : e. II. — V. 33 *B. Molliter o. q.] ... pronuntiat, se moriturum.* : e. I. : e. II. — V. 42 B.... *ac si dicat : quid te [ad]iuvat inter frigora esse?* : e. I : e. II. — V. 44 B.... *Hinc usque in finem amatoris inconstantia exprimitur* : e. I : e. II. — V. 50 B. *Chalcis civitas ... transtulit Gallus.* et *hic sensus est : [...] tunc scribam Theocriteo stilo et carmina Euphorionis canam.* : e. I : e. II. — V. 52 B *Inter spelaea] inter speluncas.* : e. I : e. II. — V. 57 B.. *vel Parthenii dicti a virginibus, quae illic venari consuerunt.* : e. I : e. II. — V. 62 B. : e. I : e. II. — Miror cur Hagenus explanationum scholia non correxerit auxilio vel Bernensis vel Serviani scholii: at idem Hagenus v. 77 sanam explanationis adnotationem depravatae Bernensis auxilio emendavit idest corrupit. — V. 65 B. *Hebrum] fluvius Thracius* et *Dicit amore carere non posse.* : e. I : e. II. — V. 66 B.. *Sithon mons Thraciae.* : e. II. — V. 68 B. *Versemus] pascamus.* : e. I : e. II. — V. 71 B.. *allegorice significat se composuisse hunc librum tenuissimo stilo.* : e. I : e. II. — V. 73 B. : e. I 74 : e. II 74. — V. 77 B. : e. I. In Bernensi scholio Servianum *in scribendis* corruptum est in *inscribens.* Tunc nescioquis adiecit — nil curans eam esse potius subscriptionem — *Ite domum saturae, ite capellae.* (v. 77). Praeter haec Serviana explanationibus et scholiis Bernensibus communia non nulla separatim sunt in explanationibus, non nulla separatim in scholiis Bernensibus; quae tamen enumerare opus non esse puto. — Vidisti igitur Serviana Gaudentianaque in

utrisque scholiorum farraginibus pari fere modo cum alienis esse commixta. Contra eadem fere scholia, quae probabiliter ad Filargirium revocantur, dico inprimis copias antiquam doctrinam redolentes quoad non sunt Servianae, exstant in explanationibus quae in scholiis Bernensibus, etsi modo hic modo illic singula scholia vel pleniora vel emendatiora sunt, aut interdum proponuntur in scholiis Bernensibus quae desunt in explanationibus et vicissim in explanationibus quae desiderantur in scholiis Bernensibus. Veluti haec sunt scholia optimae frugis unis in explanationibus: ecl. I 67 e. I; ecl. II 4 e. I; ecl. II 63 e. I et II (quamquam frustulum est et in scholl. Bernn.); ecl. III 29 e. I, alia. His autem locis eorum quae in scholl. Bernn. Junilii nomine feruntur ne frustula quidem invenis in explanationibus: ecl. I 55; V 30, 43, 64, 68, 79; VI 5; VII 15, 37, 40; VIII praef. (alterum schol.), 18, 19, 26, 37, 75, 85, 91. (Quorum scholiorum lubenter concedo hoc illud Junilio falso esse vindicatum). Quod cum ita sit, facile vides talem esse inter scholia Bernensia et explanationes consensum qualem supra inter scholia Bernensia et brevem expositionem deprehendimus; neque ulla re impedimur, quominus etiam de explanationum archetypi origine idem quod de brevis expositionis statuamus: scilicet esse derivatum ex scholiorum Bernensium exemplari multo copiosiore quam nunc est scholiorum Bernensium optimus codex Bernensis 172. Namque quod statim tuo iure me quaeris quanam re effectum sit, ut utrique explanationi Filargirii nomen subscriptum sit, id explicari posse arbitror. In scholiis Bernensibus enim initio Georgicon argumenti ex Servio petiti legis *Junilius Flagrius Valentiano Mediolani:* quae hoc loco parum apte posita esse iam dudum est intellectum, cum sequentia ut ex Servio exscripta Filargirii esse nemo doctus sibi persuaderet. Qua de causa Hagenus illa *Junilius Flagrius* etc. protrudi post *cum de Italia diceret* (p. 841, 2) ibique quae legitur subscriptionem *Hucusque Junilius* rursus post *ex secundi similitudine* (p. 841, 14) poni voluit. Has tamen transpositiones audacissimas nullo modo esse probandas cum per se probabile est, tum apparet ex iis quae supra de georgicon brevi expositioni et scholiis Bernensibus praemissis praefationibus exposuimus. Facillime autem expeditur res, si non solum cum Mommseno *Haec omnia de commentariis Romanorum congregavi* etc. ad calcem Bucolicon adiecta proicimus ad initium Georgicon argumenti, sed etiam illa *Junilius Flagrius* etc. ad calcem Bucolicon removemus, ita ut sint Juniliani Bucolicon commentarii subscriptio: quam nimirum explanationum archetypi compilator in suum transscripsit ex scholiorum Bernensium libro Filargirii nomen integrum etiamtum habente. Nam explanationes quin rectiorem grammatici nostri nominis formam exhibeant non est dubium, cum facilius Junius Filargirius depravetur in Junilius Flagrius quam versa vice Junilius Flagrius in Junius Filargirius.

Iam facile suspicaris explanationum archetypum ab eodem esse confectum qui conscripsit brevem expositionem, praesertim cum ea subsequatur explanationes in omnibus[1]) illarum codicibus. Et illud quoque admodum est memorabile non solum esse duas explanationes, sed etiam duas breves expositiones: unam ampliorem codicum LNP, alteram codicis G multo contractiorem —: veluti omissa sunt in codice G: p. 198, 18 *Nec sane* — p. 199, 9; p. 199, 14 *Vertere arare* — 15 *nascuntur. Item*; p. 200, 2 *Sic alibi* — 5 *ut hoc sit*; p. 200, 12 *ex quo* — 14 *scientia*; p. 201, 6 *Alma]* — *a creando dicta*; p. 201, 7 sqq. *Si] pro* — *confirmantis est*, etc. Interdum etiam, etsi satis raro, in codice G leguntur quae desunt in codd. PN(L). Veluti p. 213, 6 *nec accepta* — *Proserpina*; p. 213, 8 *ut filiam* — 9 *quam descenderat*, etc. Propria autem codicum PLN (et G) indidem petita esse unde reliqua, cum scholiorum ipsorum interdum ex habitu tum inde apparet quod eorum pleraque etiam in scholiis Bernensibus exstant. Neque tamen infitior hoc illud interpretamentum a librariis codicum vel PLN vel G addi potuisse. — Atqui ut etiamnum in optimo explanationum codice P coniuncta legitur amplior explanatio cum ampliore brevi expositione — in cod. LN enim e. II locum occupat post explanationem I, ita ut illam subsequatur brevis expositio — ita olim in uno codice iuxta positas fuisse conicio breviorem explanationem minusque amplam brevem expositionem — cuiusmodi codex casu nullus iam superest —, talique ex codice explanationem II in archetypum codicum LNP, contractiorem brevem expositionem in codicem G transscriptas esse.

Ut paucis comprehendam quae de explanationum, brevis expositionis scholiorumque Bernensium rationibus effecisse in hac dissertatione videmur, scholia Bernensia fuerunt olim multo pleniora quam

1) Erravit qui Hageno mortuo praefationem iis quae Servii vol. III 2 exhibentur praemissam confecit Ernestus Lommatzsch dicens (p. VIII) traditam esse brevem expositionem mancam usque ad ge. II 91 in codd. N et P. Nam contineri eam et cod. L testes sunt Thilo (Mus. Rhen. XV p. 119, Serv. I praef. LXXXIX adn.), Mommsenus (Mus. Rhen. XVI p. 442). Sane Hagenus ad recensendam brevem expositionem solis usus est codicibus N et P propter summum, ut suspicor, inter codices L et N consensum.

nunc sunt in optimo codice Bernensi 172, talique copiosiore scholl. Bernn. libro, Filargirii commentarii subscriptionem integram etiamtum in calce Bucolicon habente, usus nescioquis grammaticorum nominibus dedita opera omissis novam quasi condidit scholiorum collectionem; quae postea saepius descripta esse videtur. Nam aperte duae illius commenti, brevior ampliorque, formae revocandae sunt ad maiorem minoremve librariorum diligentiam. Neque abhorret a verisimili brevem quae nunc appellatur expositionem olim pertinuisse ad tota Georgica paulatimque ultimas partes omissas esse — praesertim cum brevis expositio codicum PLN iam desinat ge. II 91 —, ita ut titulus brevis expositio ab ipso excerptore revocandus sit. Denique quod attinet ad condicionem illius exemplaris unde explanatio brevisque expositio derivatae sunt, quod iam supra demonstravimus Georgicon scholiis illud certe aliquantulum a prima scholiorum Bernensium forma afuisse, idem comprobatur Bucolicon scholiis. Nam corruptelae, quarum supra nonnullas proposui utrique scholiorum farragini communes, aliqua certe ex parte ita sunt comparatae, ut eas ad ipsum compilatorem aut ad libros quibus usus est ille redire neges.

Restat ut investigemus quae fere ex scholiis Bernensibus et explanationibus Filargirio vindicanda sint. Qua in re primum est statuere utile, quae fere rursus ex scholiis Bernensibus et explanationibus fuerint illius exemplaris, unde haustae sunt explanatio brevisque expositio: ab illo probabiliter aliena erunt quae una exstant vel in explanationibus vel in scholiis Bernensibus eorum cum omnia fere inepta aut vilia interpretamenta tum aliqua certe etiam pars doctrinam quandam resipiens, veluti cf. quae supra de Isidorianis in explanationes transscriptis exposui; et ad scholia Bernensia quod attinet mirum est quasdam eorum interpretationes constanter in explanationibus vel brevi expositione omissas esse. Quae enim ex Isidori commentario quodam — nam ex Isidori indicatos locos commento quodam Vergiliano deperdito desumptos esse quivis qui percensuerit concedet — ad ecl. III 111, ecl. IX 29, ge. I 50, 88; ex Eusebii (= Hieronymi) chronicon libris ad ecl. III 90, ecl. V praef., X praef. (animadverte hoc loco quam temere verbis: *Haec ecloga in honorem G. Cornelii Galli scripta est* interposito *de quo Eusebius dicit* Eusebii testimonium hoc: *G. Asinius Gallus, orator, Asinii Pollionis filius, de quo Virgilius meminit* adglutinatum sit); ex Glossematibus ad ge. I 399 (cf. Mai class. auct. VII 551), (ge. IV 151, 232); ex Comminiani (= Charisii) ad ecl. III 21; ge. I 215, II 184, (III 311); ex Agroecii ad ecl. V 80 Flavianique (=?) ad ecl. VI 62 copiis adnotata sunt in scholiis Bernensibus, eorum ne frustula

quidem in explanationibus aut brevi expositione deprehenduntur. Itaque nescio an haec omnia ab uno eodemque magistello, ad quem etiam revocanda videntur quae ge. IV 238 Aspri (cf. Hag. praef. p. 727 sqq.) nomine proferuntur, post derivatas explanationem brevemque expositionem illata sint scholiis Bernensibus. Atque omnino haec — praecipue in Bucolicis — interpolatorum studia experta esse, etiam inde ni fallor apparet quod persaepe eadem fere, interdum eisdem verbis, adscripta inveniuntur sive eisdem Vergilianis sive diversis. E. g. cf. ad ecl. I 28 : 29, 55, 63 : 65, 65, 74, 75, 79; II 18, 26, 36, 37 : 38, 50 : 53, 56, 57; III 1 : 3; IV 1, 4, 6, 13 : 14, 24 : 25, 43, 60 : 62, 62, 62 : 63; V 8, 20, 24, 29, 29 : 30, 30, 43, 62 : 64, 85; VI 3, 13, 27, 31 : 32, 60, 62, 65; VII 9 : 10, 33 : 34, 47; VIII 11, 12 : 13, 43 : 45, 58, 67, 68, 69, 80, 85, 91 : 109; IX 18. Praeterea cf. ad omnium eclogarum praefationes.[1])

Sed ne ille quidem liber unde explanationis brevisque expositionis scriptor sua desumpsit, quem non iam integrum fuisse supra conclusimus ex corruptelis scholiis Bernensibus et explanationibus communibus, expers fuisse videtur interpolatorum studiis: ut ineptissima quaeque proferam cf. ad ecl. I 56; III 51; VIII 7. — Haec omnia si subtraxeris, memento scholia compilata esse ex Gaudentianis Filargirianisque. Atque Filargirianum multo magis in usum esse vocatum commentum a compilatore quam Gaudentianum iam inde intellegitur quod Gaudentius 9^{ies}, Iunilius 62^{ies} nominatur. Quin congregator Filargirii commentarium, cum eius subscriptionem etiam in suum transverteret, paene exscripsisse putandus est; qua ex re colligas hodie paucis tantum Filargirianis grammatici nomen inditum esse; et similiter rem se habere in Gaudentianis manifestum est.

Sed quae sunt Gaudentiana? nam de iis est iudicium ferendum priusquam disserimus de Filargirianis —. Sane haec res difficillima est ad expediendum, quod 9^{ies} tantum locis appositum est nomen grammatici et de iis quoque, cum haec nostra scholia toto caelo abhorreant ab iis qualia compilator olim congesta reliquit, iuste dubitatur num — certe omnes — re vera Gaudentiani sint. Tribus autem locis — et iis quoque res non est indubitata — ecl. VI 79, VIII 21, VII 37 (malim enim sequi codicem Leidensem, qui Gaudentii nomen

1) Tales iterationes cum nullae fere inveniantur in Georgicon scholiis, facile ea conicias minus esse interpolata quam Bucolicon: id sane et inde apparet quod ibi ineptiae, quarum plena sunt Bucolicon scholia, satis rarae sunt. Quod autem in Georgicis magis quam in Bucolicis medii aevi homines ingeniolis suis utebantur aliqua saltem ex parte propter argumenti diversitatem factum esse videtur.

habet ante *amicam advocat*) Gaudentiana e Servio derivata videntur; ecl. I 57 (= VII 37) num e Servio petitus sit non iam diiudicari potest propter defectum Serviani commentarii; ecl. VI 48 cum Gaudentiana Iunilianaque contaminata sint facile fieri potuit, ut Gaudentiana prorsus interciperentur: restant igitur ecl. V 80, ubi diversae glossae, VI 41, ubi fabula, VII 22, ubi ineptum interpretamentum proponuntur. Vides his ex locis nihil certi effici posse. Sed si reputaveris primum Gaudentianum commentarium usurpatum esse per tota Bucolica, deinde per tota Bucolica Serviana frusta vel frustula inserta esse, tum Georgicon Gaudentii commentarium non diversum esse a Serviano qui dicitur vulgato, postremo miserrimam scholiorum Bernensium condicionem, non ab omni veri similitudine abhorrere mihi concedes, si Serviana quae proferuntur in Bucolicon scholiis ad Gaudentium reicimus ideoque de eius Bucolicon commento simile quid statuimus quod de Georgicon, nisi quod illi fortasse intermixta erant interpretamenta nullius vel vilis pretii. Utcumque autem res se habet, illud pro certo habere debemus quae in scholiis Bernensibus vel explanationibus leguntur optimae frugis a Servianis aliena sevocanda esse a Gaudentio.

Quod cum ita sit, in universum omnia quae ab antiquorum interpretandi rationibus non sunt diversa praeter Serviana Filargirio adiudices allegoriis plurimis non exceptis. Nam vel antiquissimos Vergilii interpretes in Bucolicis exponendis allegoriis abusos esse ex Aelii Donati Serviique verbis concludere licet. Ille enim (vita p. 743 H.) praefatur sic: *Illud tenendum esse praedicimus, in Bucolicis Vergilii neque nusquam neque ubique figurate aliquid dici, hoc est per allegoriam. Vix enim propter laudem Caesaris et amissos agros haec Vergilio conceduntur, cum Theocritus simpliciter conscripserit, quem hic noster conatur imitari.* — Hoc tamen praeceptum in commentario suo Donatum ne ipsum quidem semper secutum esse apparet ex alia vitae parte (p. 735 H.), ubi Vergilium (ecl. V) sub nomine Daphnidis Flaccum fratrem flere dicit. — Similiter Servius carpit nimium allegoristarum studium ecl. III 20: . . . *refutandae enim sunt allegoriae in bucolico carmine, nisi cum, ut supra diximus* (cf. praef. p. 2, 17 T.), *ex aliqua agrorum perditorum necessitate descendunt.* — At Servius in ea re parum sibi constare videtur, veluti cf. ecl. VIII 12 *allegoricos dicit: debet etiam carmen meum florere inter tuos plures triumphos.* Praeterea cf. ecl. X 17, 71. — Tamen haud scio an ineptissima quaeque allegorica interpretamenta tam in scholiis Bernensibus quam in explanationibus proposita a Filargirio sevocanda sint, praesertim cum supra et alius generis

interpretationes, quales nullo modo ad Filargirium redeunt utrisque scholiorum farraginibus communes viderimus. Accedit quod Filargirium sana mente non prorsus destitutum fuisse intellegimus ex scholio ad ecl. I 30 adscripto, quo redarguit eos qui Galateam Galliam, Amaryllidem Romam intellegendas esse voluerunt. Sed etsi Filargirius nimis indulsit allegoriis, tamen eum in reliqua interpretationis parte optimis doctissimisque copiis usum esse docent quae illi deberi cum ex Bucolicon tum maxime ex Georgicon scholiis demonstrasse mihi videor.

Ad calcem iam pervenimus. Nam in fontes unde hauserit Filargirius, aetatem qua floruerit omninoque in eius interpretandi rationes altius inquirere impedita laboriosaque est res, quae suam exposcit dissertationem: sat habeo monuisse satis artum vinculum intercedere inter Lemovicensis Vaticanique[1]) Serviani commenti additamenta et ea quae Filargirii esse dixi, praeterea enumerasse locos, qui redire videntur ad Aelii Donati commentum Vergilianum.[2]) Loci autem huc spectantes sunt hi: ecl. VI 21 scholl. Bernn. = e. I *Videnti] pro vigilanti.*: cf. Don. Ter. Eun. I 1, 28 *nam 'videre' pro vigilare posuit, ut etiam Vergilius, cum de Sileno dicit* (ecl. VI 21—22) *'iamque videnti s. f. m. e. t. p.'.* — Ecl. VIII 65 e. I = e. II (cf. scholl. Bernn.) *Verbenas] idest verbena, genus herbae castissimae sumptae ⟨ex loco sancto⟩, ut ait Terentius: ex ara sume hinc verbenas tibi* (*ex loco sancto* quod inserui, petivi ex scholiis Bernensibus.): Don. Andr. IV 3, 11 *Ex ara s. v.] . . . vel omnes herbae frondesque ex loco puro decerptae.* — Ecl. VIII 74 e. I = e. II = scholl. Bernn.: *Licia] quasi ligia, per quae ligantur stamina. Bene utitur liciis, quae membra adolescentis alligant.*: Don. And. V 4, 8 *In fraudem i.] inligas, unde Vergilius* (ecl. VIII 73—74) *'terna tibi haec primum t. d. c. l. c.'; licia enim dicta sunt quasi ligia.* —

1) Ge II 314 Bernense scholion quod est: *Infelix] cum exsequutus truncos olivae ferit iam etsi renascatur, naturam suam in oleastrum vertit* cod. Vaticani scholii ad v. 312 ope sic emendatur: *Infelix] cum exustus truncus olivae f⟨u⟩erit, etiamsi renascatur, naturam suam in oleastrum vertet* (scilicet si oliva insita fuerit in oleastrum). Ceterum Bernense scholion non plenum esse apertum est. — Hageni huius loci emendatio nihili est.

2) Aelium Donatum Vergilii certe Georgica et Aeneidem commentatum esse, cum de Bucolicis traditum non sit Ribb. prol. p. 178 exponit. Sed illum et in Bucolica commentarium scripsisse rectissime Georgii (l. s. s. p. 248 adn.) inde apparere dicit quod seine Autorität von Serv. 2, 17 und 3, 38 angeführt wird und da die von ihm herrührende vita in ihrem 2. Teil von § 47 an nichts anderes ist als ein Prooemion zu den Bukolika.

Ge. II 4 scholl. Bernn. *O Lenaee] 'Lenaeus' Liber pater dictus quod leniat:* cf. Serv. ad h. l.: . . *Lenaeus autem ἀπὸ τῆς ληνοῦ dicitur, id est a lacu; nam quod Donatus dicit ab eo, quod mentem deleniat, non procedit.* — Ge. I 425 Donatum *lunas* per *noctes* interpretatum esse idem Servius testis est. Sed haud scio an Bernense *Lunas] noctes* potius ex Servianis sit excerptum quam redeat ad Donatum. Idem de illo Bernensi *Patriam] villam* ge. II 514 statuendum videtur. — Ecl. V 20 scholl. Bernn. (cf. e. I) . . . *alii allegorice luctum Salonini relatum dicunt, sed magis epitaphium fratris intellegimus, et Virgilius specie Daphnidis fratrem suum, Flaccum nomine, deflet, quamvis alii de Iulio Caesare dicunt. Iunilius dicit.:* Donat vit. (p. 735 H.) *Parentes iam grandis amisit. . . . . . Flaccum iam adultum, cuius exitum sub nomine Daphnidis deflet.* —

His ex locis satis certe evincitur Filargirium Donati commento usum esse: habemus igitur terminum post quem hic grammaticus vixisse putandus sit.

Summarium.

Pag. 3—4 exponitur quibus ex scholiorum farraginibus Filargirianae copiae hauriri possint; — p. 4—18 quaeritur, quae fere ex scholiis Bernensibus ad ge. pertinentibus Filargirio sint adiudicanda: Mommseni de Filargirii Gaudentii Galli commentis sententia prolata, Hageni, Perušeki, Thomasii de ea re iudicio abiecto demonstratur Iunilii esse in universum omnia (Galli copiis in I ge. l. exceptis) a Servianis aliena; erat in hac dissertationis parte occasio sanandi nonnullos locos omninoque agendi de scholl. Bernn. condicione; — p. 18—21 magnus ostenditur inter scholl. Bernn. et brevem exp. consensus, p. 21—36 brevem exp. derivatam esse ex scholl. Bernn., cum ea essent multo emendatiora et copiosiora quam nunc sunt, dedita opera nominibus illis grammaticorum omissis, p. 36 ne illud quidem scholl. Bernn. exemplar, unde brevis exp. compilator sua desumpsit, iam integrum fuisse probatur; — p. 37—65 exponitur quae fere ex scholiis ad buc. pertinentibus Filargirii sint: disputatur de miro inter explanationes et scholl. Bernn. consensu eumque non eo quo voluit Thilo modo explicari posse (p. 45); qui quo referendus esset antequam demonstraretur necesse erat inquirere Thomasii de ea re sententia abiecta in rationes inter ipsas explanationes intercedentes (— p. 51); nonnullis locis sanatis (p. 51—54) inter scholl. Bernn. et explanationes (= explanationum archetypum) necessitudo eodem revocatur quo illa inter brevem exp. (= rectius earum archetypum; eodem enim iure, quo distinguimus II. explanationes, distinguuntur etiam II breves expositiones) et scholia Bernensia (— p. 62); accuratius, quoad fieri potest, definitur, quae Filargirii sint in explanationibus Filargirii scholiisque Bernensibus (— p. 65); — p. 65—66 Filargirium Aelii Donati Vergilii commento usum ideoque post illius tempora vixisse putandum esse probatur.

Vita.

Carolus Barwick natus sum pridie Id. Mai. a. 1883 Oberndorfii, vico in Bavaria sito, patre Petro matre Maria e gente Walter, quos adhuc inter vivos esse valde gaudeo. Fidem profiteor evangelicam. Primis litterarum elementis in publico patrii vici ludo imbutus receptus sum in Winnweilerianam quae dicitur scholam Latinam, quam cum percurrissem inter discipulos eram gymnasii Neostadiani (a./H.). Inde maturitatis q. d. testimonium adeptus ad litterarum universitatem Argentoratensem accessi, ut iuris studio operam navarem simulque militari officio satisfacerem. Anno tamen transacto iuris studii me piguit et, ut totum me darem litterarum Latinarum Graecarum historicarum studiis, Monachium me contuli. Post quattuor semestria Ienam migravi, ubi usque ad hunc diem versatus sum. — Docuerunt me viri doctissimi Monacenses: Crusius, v. Heigel, Krumbacher, I. v. Mueller, Poehlmann, Traube (†), Vollmer, Weyman, alii; Ienenses: Goetz, Hirzel, Iudeich, alii. — Quorum virorum omnium memoriam pio gratoque animo semper colam; inprimis autem Georgio Goetz, studiorum meorum fautori benignissimo, gratias ago et debitas et maximas.